





DISPUTATIO

Exhibens

1618, 7 8
MATERIAM FI-
DEJUSSIONIS, UBI
ET DE SENATUSCON-
SULTO VELLEJANO.

Quam

Favente gratiâ divinâ

PRÆSIDE

Amplissimo & Consultissimo Viro,

Dn. OSWALDO HILLI-

GERO J. U. D. celeberrimo, P. P. nec non Curia
provincialis ac Scabinatus Jenensis Adfessore dignif-
simo, Fautore & Præceptore suo
honorando.

Publicè excutiendam proponit

NICOLAUS Beselin Rostochiensis
Megapolitanus A. & R.

Ad diem hora locoq; destinato.

J E N Æ

TRIPIS TOBIAE STEINMANNI.

Anno M. DC. XVIII.



DISPUTATIO

Exhibens

MATERIAM FI-
DEI USSIONIS, UBI
ET DE SENATUS CON-
SULTO VELLEJANO.

Summa

Favente gratia divina

PRÆSIDE

Amplissimo & Constatissimo Viro,

Dr. OSWALDO HILL
GERO J. H. D. celeberrimo, P. P. nec non Curie
provincialis ac Capitulatus Iensis Adfessor dignis-
simo, Fautore & Praeceptore suo
honorando.

Tabula continens materiam

NICOLAUS STEPHANUS ROSCHNERUS
Magopolitanus A. & R.
Adhuc peragogus designatus.

J E N E

THOMAS STEPHANUS

Anno M. DC. XVIIII.

DISPUTATIO JURIDICA

Exhibens

MATERIAM FI-
DEJUSSOREAM, UBI
ET DE SCTO VEL

LEJANO.

THESIS PRIMA.

Omnis obligatio & actio descendit aut ex nostra persona, & facto proprio, aut ex facto aliorum, & persona aliena: ex propria persona ut in *§. final. Instit. de obligat.* ex aliena ut in *l. fin. C. de constit. pecun. Navell. 4. de fidejuss.* Obligamur autem ex aliena persona, partim volentes & consentientes, partim etiam nolentes & inscii, volentes obstringimur quatuor potissimum modis: 1. Fidejussione. *l. 3. l. 5. in princip. l. 32. l. 34. ff. de fidejuss. l. 43. ff. de solut. l. 96. ff. cod. l. 15. §. 6. ff. de instit. act. Caj. in l. 1. §. sed aut proprio ff. de O. & A. l. 4. ff. de solut. l. si ita stipulatur. 97. ff. de V. O. l. si non singuli C. si cert per.* Suscipitur namque fidejussio seu aliena hæc obligatio, non ut nos principales constituamus, sed quo magis creditor in tuto sit, fidem nostram interponamus & principali obligationi, tanquam alienæ accedamus, salva tamen interim manente obligatione debitoris principalis *l. 5. §. 2. ff. de V. O. l. 5. l. 23. C. h. t.* Diciturque ideo fidejussione sequela locum obtinere in *l. 1. §. 5. idem fidejussori ff. de instit. act. & in l. 96. ff. de solut. 2. Ad promissione. l. 23. ff. de solut. l. 64. §. 4. ff. solut. mandrim. Alciat. lib. 1. parerg. c. 2. 3. Mandato, Mynsing. ad §. 3. h. t. n. 2. Petr. Gregor. 24. syntag. 3. n. 5. 4. Constituto, Danell. ad §. 9. l. de act. Vide etiam *Tiraquell. de jur. constit. possess. p. 1. n. 2. Dum. ad h. t. c. 1. in fin. Oldendorp. class. 4. n. 8. Anton. Fabr. 15. conject. 4.**

& seq. Nolentes & inscii obligamur vel ex possessione rei obligatae in pignoribus & hypothecis, vel successione in locum debitoris, sic heres succedit in omne jus, quod defunctus habuit, sive sit onerosum, sive lucrativum, & si qua sint alii huc non pertinentes modi. Revertendo ergo ad scopum reliquaque relinquendo, ad primum alienae obligationis modum Fidejussionem nempe nos conferemus, eamque quantum divina gratia, ingeniique tenuitas nobis suppeditabit, pertexemus, initium autem more recte scribentium à fidejussionis definitione sumentes.

I I.

In qua tradenda admodum Dd. variant, Gomez. 2. *variav. resolut. c. 13. n. 1*, eam definit, quod sit intercessio pro alio, & solemnis quaedam promissio ad solvendam rem vel pecuniam ab alio debitam eodem loco & tempore; *Accurs. in Nov. 4. de fidejuss. & in §. except. verb. fidejussores. l. de Replicat.* dicit, esse pro alio fidei interpositione; aliter porro *Hostiens. in summ. tit. decret. de fidejuss.* Aliter *Hyppol. de Marsil. in rubr. de fidejuss. n. 2.* aliter *Cujac. in parat. ff. forū*, aliter *Donell. in summ. tit. de fidejuss.* inter quorum tamen Clariss. virorum dissensiones veram & propriam fidejussionis definitionem tradidisse putamus *Wesenb. in parat. ff. forū n. 2.* qui definit eam, quod sit per stipulationem pro debitore principali obligatio *l. 1. C. de constit. pecun. Treutl. 2. disp. 28. th. 1. lit. A, B, C. per l. 8. ff. h. r. l. 12. C. eod. l. 5. §. 2. ff. de V. O. §. 1. l. h. r. item l. 6. §. 16. l. 21. §. 3. l. 30. ff. eod.* quibus etiam nostrum calculum adijcimus. Ex quibus ergo facile colligere possumus, quis proprie in jure nostro dicatur fidejussor, nempe qui per stipulationem se pro alio debitore obligat *d. l. 1. C. de constit. pecun. Treutl. d. l. Schneidvv. ad rubr. 1. de fidejuss. in fin.* principali tamen interim manente obligato *l. 4. §. 23. & seq. C. h. r.*

III.

Fidejussionis verò nomen in jure nostro bifariam, secundum *Wesenbec. in parat. de fidejuss. n. 2. aliosq. Interpp.* communitur 1. in genere & larga significatione pro eo qui alienam quoquo modo in se transfert obligationem, & ita generaliter sunt exaudiendi *tit. in decretal. & l. qui inscripti sunt de fidejuss.* ut omnes omnino intercedendi species complectantur

Franc. de fidejuss. c. 1. n. 2. 3. & 4. strictè verò & magis propriè,
pro fidejussore pro ut est in *thes.* 2. definitus. In genere ergo sic
sumpto vocabulo fidejussionis, omnes omninò ut dictum in-
tercedendi species veniunt, sive sit mandatum, veluti si mande-
tibi, ut mutues Titio centum, proinde enim hoc est, ac si fideju-
berem pro eo, habes enim me ipsum tibi obligatum *l. si mandatu*
meo 13. ff. *mand.* sive constitutum, ut si constituam me soluturum,
quod alias debet, ut in §. 9. *l. de act.* expromissum, veluti si quis
se principaliter obliget pro eo, qui non est obligatus, aut alias
propter personæ conditionem efficaciter obligari non potest,
quod fieri solet in servo, hic enim cum pro nullo habeatur &
quidem de jure civili pro mortuo, civilis etiam in illum non
potest cadere obligatio, item novatio aut alius quidam inter-
cedendi modus. Et quamvis verò quidem hæ intercessionis
species, secundum nonnullorum opinionem idem importare,
& idè fere esse videantur, quod ipsa fidejussio, tamè penitus sunt
diversæ à fidejussione strictè & propriè intellectæ, per gloss. in *l. in*
personam. §. *pecuniam* ff. *de pact.* & per rubric. *C. de fidejuss.* & per
rubr. ff. *ead.* ibique *Barr.* & in *l. 1. C. ad Scutum Vellej.* Vide etiam
gloss. singularem, quæ ponit differentiam in *l. si vero non* §. *si post cre-*
ditam ff. *mand.* Angel. *de fidejuss.* Alexandr. in *l. 5. §. stipulatio* ff. *de V.*
O. Bald. in *l. cum alter* *C. de fidejuss.* itemque ad gloss. in *l. Stichum*
aut Pamphilum §. *aliquando* vers. *Intercesserat.* ff. *de solut.* Mandator
etenim & fidejussor quamquam quidem propemèdum jus
invicem habeant, quo ad effectum & vim obligandi, *Cujac.* in
paratit. *C. de fidejuss.* in *fin.* Ideoque in illis tam in ff. quàm *C. &*
Nov. conjunctim tractetur & fidejussor à *Icto Paul.* Mandator
appelletur in *l. 71. ff. b. t. Conan. lib. 6. Comm. jur. Civil. c. 6. n. 1.*
quo ad causam tamen differunt, Mandator enim regulariter
præcedit obligationem & sic initium contractus facit arg. *l. si*
post creditam ff. *mand.* gloss. & *Da.* in *Auth. fidejussor* *C. eod.* Fidejus-
sor verò plerumque sequitur obligationem & contractui jam
facto accedit, quamquam alias etiam aliquando præcedere pos-
sit §. *fidejussor* *l. de fidejuss.* quomodo autem reliquæ intercessio-
nis species à fidejussione differunt, brevitate studio adijce-
re non libet, videri tamen potest *Valentin. Franc. de fidejuss. c. 1.*
per tot. itemque *Hering. c. 1. & 2. aliq. ab illo allegati.*

A 3

IV. Porro

IV.

Porro ut diversi intercedendi modi hinc inde apud *Interpp.* leguntur, sic etiam fidejussorum differentia apud *DD.* inveniuntur. Quidam enim fidejussores simpliciter pro aliis intercedunt, & isti per stipulationem statim ac intercesserunt, obligantur *l. Blanditius 1 2. C. de fidejuss. l. 3. §. satis acceptio ff. de V. O.* Quidam rursus inveniuntur, qui id tantum promittunt, quod alias creditor à debitore consequi non potest, qui subsidiarius dicitur, hic non ipso statim momento, quo fidem pro alio interposuit, obligatur, sed speratur tantum obligari, si scilicet reus, pro quo fidejussit, non solvendo exultat. *l. fin. in princ. ff. si corr. petat. l. decem ff. de V. O. text. in l. 2. C. de fidejuss. tutor. l. si fidejussores in id, in princip. ff. de fidejuss. l. fidejussor obligari, §. fin. ff. eod. l. qui Roma. §. Agerius ff. de V. O.* Nonnulli etiam reperiantur, qui tantum indemnitate promittunt & hi statim etiam conveniri non possunt, sed tum demum, si debitori nihil superest unde creditori suo satisfacere possit: *Barr. in l. 2. C. de Conven. fise. debitor. lib. 10.* Ad meliorem autem hujus indemnitate Materie intelligentiam notandum, quod quamvis quidem generaliter indemnitate alicui promittere, seu de Indemnitate cavere *Juris nostris* idem sit quod satisfacere, vel nuda promissione cavere alicui, indemnem eum futurum ex negotio illo, quod geritur *l. cogi 16. §. idem querit. ff. ad Scrum Trebell. l. si unus ff. pro loc. l. illud sciendum §. fin. ff. de edict. edict.* unde Indemnitate cautio in *l. cogi l. liberto 3 1. §. 1. ff. de negot. gest. & indemnitate præstatio in l. penult. ff. de Magistrat. conven. l. tutor pupilli in princip. ff. ad Scrum Vellej. l. 5. C. de sentent. & interlocut. omn. judic. & l. 2. C. si tutor. in demnit. promiser. idem importare videtur, quod satisfactio; Strictè & in specie, sicuti nos hic indemnitate consideramus, tam latè se non extendit, sed suis certis terminis restringitur, nihilque aliud denotat quàm obligationem ad id creditor à debitore consequi non potest, seu promissionem præstationis illius, quanto minus creditor à debitore exigere poterit. *l. 6. ff. de Novat. l. tutor §. quid ergo ff. ad Scrum Vellej. l. 7. ff. de fidejuss. tutor. l. in fraudem §. si principali ff. de jur. fise. Germanicè fidejussor indemnitate hodiernis moribus dicitur. Ein Schadlos Bürge Geil. 2. obs. 27. n. 13.* Quot modis denique Fidejussio illa indemnitate fieri possit, vide *Ferdin. Vasq. 1. illustr. quest. contr.**

Nov. 33. n. 6. & n. 3. qui rextus juris adducit discernentes subfi-
dialium fidejussorem ab eo, qui indemnitatem promisit.

V.

Divisionem quod attinet fidejussionis, magna quoque est
Dd. dissentio, alii ratione debitoris fidejussionem dividunt in
voluntariam & necessariam, necessariam dicunt, ad quam quis
vel lege, vel magistratu adstringitur, licet causa sit voluntaria,
merè autem voluntariam, cum quis non lege, sed tantum spon-
tè & voluntate sua fidem suam interponit, Cujac. lib. 22. obs. 26.
Wesembec. in parat. C. de satisfact. l. si fidejussor §. necessaria ubi gloss. l. de
dit. §. tutor & ibi Bart. & Paul. de Castrens. ff. qui satisfact. cogant. Treutl. 2.
disp. 5. th. 1. lit. B. non aliter ac novatio dividitur in voluntariam
& necessariam, Godde. de contrah. stipulat. c. 5. conclus. 8. n. 20. Alii ra-
tione rerum & causarum, pro quibus fidejussio prestari solet, eam
dispescunt, speculat. in tit. de diversis cautionib. lib. 4. Alia tandem ac-
cedit Dd. schola, qui fidejussionem dividunt in judicialem &
extrajudicialem, judicialem, propriè satisfactionem appellant,
teste Alciat. in l. satisfactionis ff. de V. S. Cujac. in Nov. 113. in fin. Non-
nulli etiam reperiuntur, qui ratione materiz fidejussionem ali-
am civilem aliam criminalem dicunt; Civilem, quæ in causis
civilibus adhibetur l. fidejussor 26. §. fidejussor 3. & §. fin. ff. de fide-
juss. Criminalem, quæ in causis criminalibus constituitur, l. Gracè.
§. §. sed et si. ff. de quorum opinioni subscribimus per rationes ab
Hering. de fidejuss. c. 4. n. 16. & 17. adductas. Quemadmodum enim
causa significat negotium quodlibet sive contractum, litem,
rem, titulum, item actiones, possessiones, & cujuslibet denique
rei utilitatem, ita quoque in jure nostro nihil est, quod non ad
causam sive civilem sive criminalem referri possit, etiam isto ca-
su, quando pro persona fidejussor intercedit, nam & tunc etiam
quandam fidejussionis causam subesse præsumitur; huc etiã fa-
cit, quod satisfactio quædam sit civilis, quædam criminalis l. l. ff.
qui satisfact. cogant. & Lunic. C. de satisfact. Valent. Franc. tract. de fidejuss.
c. 4. n. 40. Nec refert, quod in Nov. 54. c. 3. §. suscepto de exhib. reis fiat
mentio fidejussionis personalis, & in Lomnes 33. §. in hac inclyt. C.
de Episcop. & Cleric. fidejussionis vicariæ, hæc n. nostram generi-
cam divisionem non infringunt, de quibus in ipso disputatio-
nis actu, plura tibi suppeditabit Hering. c. 4. n. 21. 22. & seqq. quem
vide.

VI. Cau-

VI.

Causa efficiens fideiussionis est voluntas hominis, seu ut rectius cum *Wesemb.* hic dicam, voluntas personarum ad contrahendum & obligandum idonearum. Nam etsi regulariter omnes fideiubere possint, qui stipulari & obligari, *azo. in summi. C. h. t.* tam Patres quam Matresfamilias *l. 3. §. sed si filius ff. de pecul. l. filiusfamilias §. C. eod.* attamen quia fideiussionis contractus damno duntaxat est spondendi, sicut vulgò dicitur, sponde noxa præstò est, ideo personæ quædam excipiuntur, quarum voluntati adempta est intercedendi facultas, ut sunt Clerici, Milites, infantes, prodigi, mulieres, & alii qui lege ab hoc fideiussorio contractu arcentur.

VII.

Clerici regulariter fideiubere prohibentur, ne hac occasione res Ecclesiasticæ alienentur, aut alias illis aliquid detrahatur, quo ipsorum ministeria impediuntur *Nov. 125. de SS. Episcop. c. sed neq. fieri c. 6. c. te quidem ii. q. 1. c. quibusdam extr. de fideiuss.* hinc est, quod Clerici fideiussionibus inservientes prorsus ab Ecclesia abijceantur *c. 1. extr. de fideiuss.* & pro transgressoribus Canonum habeantur arbitrioq; iudicis puniantur *gloss. in c. penult. in verb. graviori extr. de fideiuss. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 5. cas. 432. n. 1.* Imperator etiam Leo in *Nov. 86.* innuit, clericos qui spondendo vitam Clericalem contaminant, exui & denudari debere suo ordine, & reliquis privilegiis ipsis competentibus, imò omninò excommunicari, & certo tempore, ne sacra peragant, & ita profana cum sacris misceant, suspendi. Et sane meritò, cum enim Clerici sese Deo consecrarint, ministeriisque sanctis se totos devoverint, à negotiis illis profanis & molestiis abstinere debent, *Leo dict. Nov. neque secularibus & inutilibus sese onerare cogitationibus c. 1. Et. t. ne Cleric. vel Monach. secular. & c.* Accedit denique & alia ratio cur Clericus ut fideiussor idoneus recusari possit, quia ipsi competit privilegium fori, cui jure Canonico non rectè irrequisito Episcopo renunciare potest, *c. si contingat extr. de foro competent.* Verùm hæc tandem tanquam nimis dura & rigorosa certis modis & conditionibus sunt immutata, & constitutum, ut Clericus fideiubendo sese obligare possit, hoc tamen addito, si initio contractus
nihil

Nil contra ejus personam sit exceptum, sed à creditore tan-
quam habilis & idonea persona assumpta, c. constituit. extr. de fide-
juss. aut aliàs mandatum prohibitorium ab Ecclesia intervenerit,
gloss. in c. 11. q. 1. Gomez. 2. variar. resol. c. 13. n. 18. distinctione rem-
conciliare conatur, distinguens inter consilium & ipsum fa-
ctum, quasi Clericus initio quidē non obligetur, si tamē factum
fuerit, & fidē suam interposuerit, æquē ac alii obstringatur c. 1.
c. 2. extr. de fidejuss. quò facit illa regula secundū Hippol. de Marsil. in
rubr. de fidejuss. n. 309. quod multa quidē de jure fieri nō debeant,
si tamen facta fuerint, valeant, text. in l. 1. §. biduum ff. quand. sit ap-
pell. l. relocatorum §. ad tempus ff. de Interdict. & Relegat. l. si pupillum
§. prator. ff. de reb. eor. & c. text. in l. fin. C. de annal. except. Obli-
gationem autem hanc, ut ante dictum, Clerici, non adeo in infi-
nitum usque extendimus sed ad certum terminum cum Domi-
no Gomez alijsq; Dd. ante cit. loc. restringimus, si nimirum Cleri-
cus ille habeat unde debitor forsan non existente solvendo,
creditori satisfacere possit, vel ex proprio nimirum patrimo-
nio, vel ex redditibus sui beneficii, aliàs namq; hæc Clerici obli-
gatio vergeret in præjudicium Ecclesiæ, cujus bonis aliquid es-
set detracturus, si forsan non haberet unde solveret. Quam sen-
tentiam etsi infringere conetur Hering. c. 7. n. 249. attamen-
cum æquitati & juris rationibus sit suffulta eam retinere non
erubescimus, cum Dn. Menoch. de præsumpt. 2. præsum. 46. quem se-
quutus Valent. Franc. c. 2. n. 234. Hieron. Treutl. 2. disputat. 28. th. 2.
lit. E item Goddæ. de contrah. stipulat. c. 7. conclus. 18. n. 306.

VIII.

Vicinus Clerico est Monachus, hic duriori cum servitute
premat, quam ipse Clericus, prætinæq; fere servitutis faciem
repræsentet, dum omnia quicquid acquirit, non sibi sed Abbati
Domino suo vel Monasterio acquirat, in cujus potestate est, fi-
dejubendo pro aliis etiam intercedere non potest, quia nihil
proprii habet, unde creditori solvere possit: c. exijt qui seminat. 3.
de V. S. in 6. Clement. exivi de paradiso extr. de V. S. unde etiam ipsa
testandi facultas est adempta Auth. ingressi C. de S. S. Eccles. Quod
tamen cum mica salis est intelligendum, nec ad omnes Mona-
chos in universum sed tantum ad Franciscanos restringendum,
hi enim cum nihil præter vilissimum vestimentum, peram &

B

bacu-

baculum habeant, inutilis fortè daretur actio creditori adver-
sus fidejussorem & judicium redderetur elusorium. Quemad-
modum autem jam tempore servitutis Romanæ, servis non-
nullis ex gratia Domini peculium quoddam proprium conce-
debat, simulq; libera cum illo administrandi facultas, sic etiã
hodiernis adhuc temporibus reperiuntur Monachi, quibus pe-
culium quoddam proprium est concessum: *Eberhard. à Middelb.
in topic. suis legal.* simulque peculiaris administratio, hi quin-
fidejubendo intervenire possint, dubium nullum est, hoc tamẽ
addito, ut habeant rationem sui peculii, nec ultra illud se ob-
stringant, ut enim Dominus ultra servi peculium nihil præstare
debet, sic etiam Abbas seu Monasterium ultra Monachi peculi-
um solvere non potest compelli *Eberh. à Middelb. d. loc. à serv. ad
Monachum Godd. de contrahend. stipulat. c. 7, conclus. 18. n. 306.*

IX.

Succedunt Milites, quibus etiam constitutiones nostræ Ci-
viles fidejussoriã obligatione interdicut *l. milites ibiq; gloss. C.
loc. l. 8. §. 1. ff. qui satid. cogant. l. milites 15. C. de re milit. l. unic. C.
negot. ne milit. C. lib. 12. l. scimus C. de jur. de liber. Schneidw. ad G.
fin. 1. de fidejuss.* ne scilicet omisso armorum usu privatis sese
implicent negotiis, aut hisce incumbentibus Republicam in
periculo stare sinant: Idcirco ut relictis cæteris, eo fortius &
animosius pro patria pugnarent, jus nostrum & imperatoræ
Constitutiones ipsis multa & varia concessere privilegia, *l. mili-
tem, l. qui stipendio C. de procurator. l. filius familias 8. §. milites ff. dr.*
Quæ privilegia, ane adhuc hodierno tempore nostris compe-
tant militibus admodum inter Dd. controversitur. Nonnulli
affir. nonnulli negant, negantes hac ratione utuntur, quasi ho-
dierni milites pro tuendo jure Reipubl. non militent, magisq;
comparere in campo quam dimicare studium illis sit, tum et-
iam quod militum nostrorum conatus, consilia & fortitudo
cum antiquorum Militum Romanorum minimè possit com-
parari, qui pro patria vindicanda, pro laribus sepulchrisq; avitis
dimicare solebant, egregiisque facinoribus domi militiaeque
celeberrimos se reddere, summatim, quod hodie multa in mi-
litibus nostris secundum *Accurs. in l. penult. ff. ex quib. causis major.
desiderentur, quæ abunde in militibus Romanis apparuerunt,*
quare

quare nec locum hisce privilegiis hodie esse posse: quibus etiam addunt, inter quos *Godd. de contrah. stipulat. c. 7. conclus. 11. n. 17.* quod hodierni nostri milites potius sint tumultuarii & grassatores quàm verè milites, magisque ad depopulandam & devastandam patriam, quàm ad tuendam & defendendam inclinent. A quorum tamen opinione & sententia Ratio, jus, & æquitas nos recedere nec omnibus absolutè hæc vitia imputare flagitat, cum enim non omnium hominum ingenia simul ad eadem vitia inclinent, utique etiam à particularibus ad universalia minus logicè argumentabimur: quanquam etiam non inficias ire possimus, jus nostram circumforaneis illis militibus, qui hinc inde oberrant, leonino more hominum bona diglutiunt, & iniquo sanguine se suamq; diabolicam libidinem satiunt, de quibus *Reichsabscheid zu Augsburg de Anno 1445. S. vnd damit angeregt. tit. von Bart. vnd Heerlosen Knechten etc. & de anno 1576. von Bestellung des Knechtrechts artic. 6. & tit. Artikel auff die Teutschen Knecht*; beneficia illa non conferre, attamen exinde non omnibus adimit; sed illis, qui publica stipendia merentur, qui in expeditionibus versantur, & justo modo patriam, parentes, defendunt, proque aris & focis dimicant, concedit, *Geil. 2. obs. 118. S. sed hætenus & S. illis autem gloss. & Dd. ibidem verb. jure I. de Militari testamento Ampliff Dn. Arumæ. discurs. Academ. 23. de jur. publ. th. fin. lit. ult. text. in l. ex eo tempore & l. penult. C. eod. text. in l. divus ff. eod. aut aliàs contra publicum imperii hostem expeditionem suscipiunt, de quo prolixè *Wesensb. I. de milit. testam. Alexand. in l. Centurio n. 23. ff. de vulg. & pupillar. substit. Dec. ad rubr. C. de militar. testam. Noviss. Vaud. 1. quæst. 55.* Quid ergo de militibus stationariis seu limitaneis sentiendum, vulgò die in Herren Bestung oder Besatzung ligen? hine etiam illorum privilegiorum erunt participes? maximè secundum *Zaf consil. 6. num. 20. & comm. Dd.* quia propter subita illa pericula, quæ illis à momento ad momentum imminent, in expeditione censeantur. *l. 6. §. 1. ff. de V. S. Gothofr. ad l. 17. lit. 11 C. de milit. testam. Hering hic n. 6. 6. 7. Franc. de fidejuss. c. 2. n. 216. Guilhelmi Forster. disp. 20. th. 18.**

Reperiuntur denique in jure nostro prohibiti minores, pupilli, furiosi, prodigi, ebrii & alii, de quibus omnibus quid jus nostrum statuat, hinc inde apud authores & Interpp. juris extat: Verum enimvero exercitii gratia, de ebrio parum despiciemus, an & quatenus ejus acta tempore ebrietatis commissa, valeant, præsertim cum hodiernis temporibus nihil frequentius accidere videamus, quam ebrium ad quoscunque ferè contractus & quæcunque maleficia descendere & profilire. Sciendum itaque contractus ab ebrio initos, ipso jure esse nullos, *gloss. in c. unusquisq; verb. qui ebrius 22. q. 4. per text. in c. sane 15. q. 1. idem voluit Alexan. post Bald. in l. dolum C. de dol. mal. Roman. in l. 1. in princip. ubi & Barbar. col. 7. vers. quid in ebrio ff. de V. O. nescit enim quid faciat, quid loquatur, nec absimilis habetur ei, qui in furore, aut in ima infantia positus est, c. venter 35. distinct. Menoch. de arbitr. judic. quest. cas. 326. n. 1.* Hinc Seneca ebrietatem voluntariam insaniam appellat, ut refert *Bald. in l. quid ergo § 2. §. quid gravior 7. ff. qui notant. infam.* unde liquet nos hic intelligere ebrium, qui ad alienationem usque mentis poculis est obrutus, quiq; propter nimiam ebrietatem nec factorum aut dictorum rationem habere potest: nam secus in exhilarato seu gaudente tantum poculis, ut docet *Bald. in c. 1. de testib.* ubi dicit, considerandum esse genus ebrietatis, & ibidem *Dec. n. 6.* monet, per multas rationes, paululum ebrium firmiter obligari & contrahere posse. *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 579. n. 8.* An autem ebrius ut in contractibus immunis est ab obligatione, ita etiam in delictis immunis sit à pœna anxie doctores disputant; Quidam illum omninò à pœna non eximunt, nec etiam mitigari eam patiuntur, ex eo, quod ubi est delictorum concurrentia, & gravitas, ibi pœna non sit mitiganda, sed potius exasperanda, *per l. aut facta 16 §. fin. ff. de pœn.* Nonnulli contra ad mitiorem & veriore inclinant sententiam, & quamvis quidem non plenè ipsi pœnæ remissionem concedant, attamen mitigationem ejusdem jure valere dicunt, juxta *l. perspiciendum 12. ff. de pœn.* idcirco ebrius si homicidium committat, aut aliud quoddam grave delictum, morte dignum in ipsa ebrietate, non punitur pœna ordinata *L. Cornel. de Siquarijs, text. in l. omne delictum §. per vinum.*

vinum ff. de re militari. text. in c. sanè, & c. inebriaverunt Loht. 15. q. 1. ubi Loht propter ebrietatem ab incestu excusatur Bart. & Dd. in l. respiciendum §. delinquant. ff. de pœn. Bald. in l. data opera, C. qui accusar. non possunt, inquit, quod ebrietas magna pœnam quidem attenuet, non autem in totum tollat. Hippol. de Marsil. in l. 1. n. 63. ad L. Cornel. de Sicar. ratio, quia ebrii carent ratione & recto consilio, hinc dicitur etiam, ebrios vitam edormire? text. elegans in c. à crapula de vit. & honest. Cleric. Accedit & hoc, quod ordinaria pœna homicidii non habeat locum nisi in homicidio voluntario vorsestlichem Todtschlag / quando homicidium ex proposito & voluntate committitur, & quidem dolo malo; debet enim expressè dolus malus intervenire, ad hoc, ut pœna ordinaria habeat locum text. in c. significasti de homicid. & in l. 1. C. ad L. Cornel. de Sicar. ubi communit. Dd. text. in l. 1. §. divus & in l. in lege, & l. qui cadem ibi dolo malo ff. d. t. Dec. consil. 482. n. 1. qui dolus, cum non possit cadere in ebrium, qui furioso assimilatur, utiq; pœna ordinaria locum non habebit. Alii, inter quos Angelus in l. si non convicij C. de injur. Lanfran. ad tit. de confess. n. 3. & 4. & alij: Distinguunt inter delicta, quæ revocari per pœnitentiam possunt, ut in his ebrietas mitiget pœnam, utpote si quis in ebrietate alicui convicium dicat, postea verò cum ad sobrietatem pervenit, eum peniteat; arg. l. quicquid calore 18. ff. de R. I. c. cum apud 11. q. 3. Et inter talia, quæ non revocari possunt, ut sunt, Homicidium, adulteria & similia, ubi omnis mitigatio cessat, pœnæq; exasperatio manet. Angel. d. l. Nos secundum Dd. communem opinionem ratione circumstantiarum habitâ ebrietatem non exasperationem sed mitigationem pœnæ importare dicimus.

XI.

Sed hisce relictis, aliisque personis, quæ quidem plenioris diligentiam requirerent, ultimo nos conferemus ad mulierum ordinem, videbimusque quid de illis hac in causa à jure sit constitutum, num etiam illorum intercessionem jus nostrum probet; Cnm autem hæc una atque altera linea expediri non possit, paulò altius & longius, ut quidem merito debuimus, res nobis est peragenda.

XII.

Ex liberis ergo Hominibus & ijs qui consensu suo obligari possunt, duo sunt genera eorū, qui ex contractib. suis obligari non possunt, *Donell. ad rubr. C. ad SCtum Vellejan* Filius nempe familias ex pecunia ei credita, & mulier, si pro alio intercedat: prius effectum est SCto Macedoniano posteriore SCto Vellej. cū n. moribus, ipsis virilia officia sint adempta, propter nimiam imbecillitatem, pudoremque sexus *l. 2. ff. de R. I. l. 1. § penult. C. de rei uxor. act. l. fin. C. de donat. ant nupt. l. 1. C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. 12. C. qui potior. in pignor. l. 9. ff. de iur. & fact. ignorant. l. deferre 18. ff. de iur. fisc. l. fin. C. quand. mul. tutor. offic. fung. poter. l. 23. in princip. C. de nupt.* Visum etiam fuit postea id officium ipsis adimi, quod non modo virile, (est enim parum verecundiae mulieri consentaneum, alienas suscipere defensiones *l. alienam 19. C. de procurator. §. patitur l. de injur.*) & in quo non tantum opera, nudumque earum ministerium, sed etiam periculum rei familiaris versatur, *vide l. 1. ff. ad SCtum Vellej.* quare cum primo quidem temporibus Divi Augusti, mox Claud. edicto interdictum fuit, ne mulieres pro viris intercederent, postea factum est hoc SCtum Vellejan: quod plenissimè mulieribus. ne pro aliis intercedant, prohibet, neve, vel Se, vel Res suas pro aliis obligent; Ex quibus patet, intercessionem hanc Mulierum, aliam esse personalem, aliam verò Realem; Personalem, cum se vel personam suam intercedendo obligat, quod secundum Dd. communit; fit tribus modis: *Zanger. de except. part. 3. c. 9. n. 13. 14 & 15. Donell. ad L. mulieribus 1. C. ad SCtum Vellej. vel alienam obligationem in se transferendo, l. 1. ff. de Novat. l. 4. C. ad SCtum Vellej. vel eam in se suscipiendo l. 4. C. ad SCtum Vellej. Angel. Arerin. in §. item si. num. 19. l. de except. Cujac. in tract. 4. ad African. in explicat. l. tutor pupilli 9. ff. d. t. vel denique eum alius obligari deberet, solam se ream constituendo, l. quamvis §. §. si cum essem 14. ff. ad SCtum Vellej. l. 9. C. eod.* Ergo quicquid horum fecerit, semper SCto iuvatur, *dict. ant. textib.* Quod tamen adeò verum est, si obligatio illa, quam mulier suscipit, alterius causa fiat, non in propria, in hac enim semper efficaciter ut vir obligatur *l. 2. C. ad SCtum Vellej.* Hinc quaestio oritur, *tractata in l. 2. C. d. t.* Quid si mulier pro creditore suo, cui illa ære obstricta

obstricta est, sese obliget, aut à creditore delegata, alii sese ut
creditor ream constituat, ut sic creditor liberetur, illa vero sola
obligetur, & rescriptum est, Mulierem hoc casu firmiter teneri,
nec prædicto S^{cto} Vellej. juvari; ratio hæc à Dd. affertur, quia
cum mulier sese pro creditore suo obligat, videtur, quidem ini-
tuo, quasi alienam obligationem susciperet, dum non in sua, sed
alterius creditoris nempe causa intervenit, revera tamen pro-
prium obligationem suscipit, nam si præsentem obligationem
spectamus, pro alio quidem intervenisse censetur, si verò obli-
gationis causam & originem, itemq; finem consideramus, in
propria causa laborare videtur, si quidem ideò se obligat, ut reli-
cto veteri creditori novo se obstringat; in contrahendo namq;
semper cujuscunq; contractus causam & originem spectamus:
*l. si procuratorem. §. in princ. ubi gloss. ff. mand. l. 1. §. quod si rem 12.
cum seq. & §. si servus 17. ff. deposit. l. si id qui 58. §. 2. ff. pro soc. l. si
liusfamil. 114 §. divi. 14. ff. de legat. 1. l. si in. §. licita 37. ff. de R. V.*

XIII.

Realem porrò dicimus intercessionem, si mulier res suas
pro alio obliget, aut obligari patiatur, quod etiam secundum
Donell. 12. *comm. jur. civil. c. 29.* duobus fit modis, 1. oppignoratione
2. solutione. De oppignoratione, quin per hanc res mulieris
obligentur, dubium nullum est, sed dubitatum fuit ab *Vlp. in l. 4.
ff. ad S^{ctum} Vellej. item Anton. in l. 1. & Alex. Imper. in l. 4. C. dt.
anne solutione Mulieris fiat intercessio? & negant citati per di-
ctos text. quod absurdè constitutum esse, contra mentè J^{ct}orū
dicit Donell. d. l. quibus tamen quid responderi possit in ipsa dis-
putatione videbimus. Solutione autem intercessionem
fieri eamq; læsionem importare à sanioribus J^{ct}is adhuc nun-
quam hæsitatū fuit, quis namq; non dicet, mulierē esset læsam
& intercessisse si pro alio solvat? cum pecunia jam certo absit,
& majus damnum sentiat, quàm si rem oppignoraverit, cu-
jus domina manet, & hinc est, quod jura mulieri solventi præ-
tendendo juris ignorantiam, conditionē indebiti concedant.
l. 8. §. 3. ff. ad S^{ctum} Vellej. l. 4. ff. de condit. indeb. quod sanè non fie-
ret, nisi mulier intercessisset, aut alias intercedendo læsa esset.
Ne verò omninò primum realis intercessionis modū prætere-
amus, de illo etiā parum dicemus. Dictū est, mulierē res suas pro
alio*

alio oppignorare non posse: Hinc quæsitum est, anne ergo maritus res uxoris sibi in dotem datæ pro se & sua obligatione pignori dare possit, & an hæ res pignori teneatur? pro cuius declaratione nobis primo pertexenda est vexatissima illa quæstio, an maritus sit Dominus dotis, de qua non una & eadem est Dd. & Interpp. opinio. *Coras. 2. Miscell. 14. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 3. C. de bon. matern. Zas. 3. singular. intell. c. 5. & alij per l. 30. C. jur. dot. l. 75 ff. eod. l. 7. §. si fundum l. si constante §. si maritus ff. sol. matrim. l. Lucius Titius 5. ff. ad Municipal. l. assiduis C. qui potior in pignor. l. deniq; §. sed utrum 12. fin. ff. de minorib.* distinguunt inter dominium dotis Naturale & Civile, quasi dominium Naturale competat mulieri, civile verò marito: *Accurs. ad l. doce ancillam C. de R. V. & l. 3. C. de jur. dot.* asserit maritum jure Naturali & Civili esse dominum dotis, ex eo, quod ipsi dotis vindicatio competat, *per d. l. doce ancillam C. de R. V.* jam autem nemini alicujus rei vindicatio competere potest, quam verò domino *l. 25. ff. de R. V. Cujac. 10. obs. 32.* Maritum facit dominum dotis, inspecto initio propter traditionem, Mulierem autem in effectu dominam dicit. *Vacon. à Vacun. lib. 6. declarat. e. 92. n. 6.* Mulieri Naturale tantum, Marito vero Civile & Naturale simul competere contendit. Tandem *Vultej. in discept. scholastic. discept. 19. & 1. l. R. c. 20. numer. 29. & 68. numer. 7.* Distinguit inter rem dotalem, cujus Domina sit uxor, & inter jus in re constitutum, cujus dominus sit maritus: *per l. 7. §. 8. l. 75. ff. de jure dat.* Eleganter etiam hac de quæst. discurrentem vide *Vand. 2. quæst. 3.* Quæ quidem discrepantes Clarissimorum virorum sententiæ, quãvis omnes juris rationibus aliquo modo suffultæ videantur, nobis tamen plausibilior, & in communi Dd. schola receptior videtur *Coras. Pinell. Zas. & aliorum* sententiâ, qui fictione juris seu Civili ratione maritum dominum dotis dicunt, revera autem & Naturali mulierem. Cum ergo fictione magis quàm rei veritate maritus sit dominus dotis, & alias etiam publicè intersit mulieres dotes suas habere salvas, facilè quid de ante mota quæstione dicendum intelligi potest, nempe maritum res mulieris sibi in dotem concessas pignori dare, aut alio modo alienare non posse sine ejus consensu, sed mulierem semper juvari beneficio *SCri Vellejani* ex rescripto Divi Alexandri *in l. si sine 4. C. ad SCtum*

Scrum Vellej. & ratio est, quia res uxoris non sunt in bonis ma-
riti, quare sine ejus consensu oppignorare, aut alienare non po-
test: quæ quidem cum etiam Dd. disceptationibus sunt involu-
ta, nec à nobis brevitatis studio adeo explicitè tradi possunt, ipsa
disputatione, an & quatenus oppignoratio & alienatio rerum
dotalium à merito facta valeat, videbimus; sed ne prorsus inta-
cta maneat, breviter tantum, quid de hac nodosa quæstione In-
terpp. sentiant, quidve concludant, despiciemus: Communis
Doctor: sententia in hac quæstione distinguit, utrum res æsti-
mata, an verò inæstimata marito in dotem sit data, priori casu
utiq; maritus pro suo arbitrio eam poterit oppignorare, aliena-
re, obligare aut quocunq; lubet modo distrahere, per l. res in do-
tem data 42. ff. de jur. dot. quia æstimatio accessa rei in dotem tra-
ditæ communiter & regulariter venditionem importat l. 5. C. de
jur. dot. l. plerumq; 10. ff. eod. l. ex conventionem 11. C. de pact. Socin Con-
sil. 56 lib. 1. Alex. consil. 146. n. 1. vol. 6. Francisc. Viv. lib. 4. decis. 261.
n. 7. Alienationem autem hanc ad hoc restringimus, ut finito
matrimonio dotis æstimationem mulieri præstet per l. 3. ff. loc.
l. plerumq; 10. §. si autem 4. ff. de jur. dot. l. Maxia in princip. 49. ibiq;
Bart. & Alexand. ff. sol. matrim. l. si nomen in princip. ff. de heredit. vel
act. vendit. Imola in l. si æstimatis ff. solut. matrim. Posteriori verò
casu, utpote si fundus inæstimatus in dotem marito sit concessus,
eum nec consentiente, multò minus dissentiente uxore alie-
nare poterit Dd. in l. si inter 21. C. de jur. dot. & in l. æstimatis 50. ff.
solut. matrim. Auth. sive à me C. ad Scrum Vellej. quo tamen facto
mulieri semper præter alias competentes actiones, etiam hoc
beneficium Scrum Vellejan. conceditur; l. 5. C. d. t. pro majori au-
tem hujus quæst. enodatione, vide Vaud. 2. quest. 3. Zas. 2. singul. in-
tell. 5. Pinell. ad l. 1. p. 3. n. 12. C. de bon. matern. Coras 6. Miscell. 20. Co-
nan. 8. comm. jur. Civil. c. 9. Guibert. c. 5. de dotib.

XIV.

Hic autem effectus Scrum, seu hoc jus perpetuum non est,
reperiuntur enim multi in jure nostro casus, quo beneficium
hoc mulieri concessum cessat, de quibus Accurs. & Dd. in l. 1. C. ad
Scrum Vellej. Alexand. Roman & alij in l. 23. ff. de acquir. heredit. l. 30.
in fin. ff. de V. O. cum etenim deceptis & nō decipientibus mulie-
ribus Scrum hoc opituletur l. 2. §. 2. cum seq. ff. ad Scrum Vellej.
C. conse-

consequens est hoc S^Crum vires suas amittere, si callidè & casti-
tè veritata sit mulier *l. si decipiendi 30. in princip. ff. d. 1. l. fœminis 18.*
C. eod. Veluti si mulier pecuniam mutuam sumendo, seque si-
mulando, quasi in suos usus convertere velit, alii tamen inte-
rim credat, sicque creditorem decipiat *l. 1. l. sine 5. C. ad S^Crum*
Vellej. l. si mulier 11. cum seq. l. aliquando 13. l. vir uxori 17. ff. eod.
Aut si planè rejecta muliebri verecundia veste virili se ornet,
sicque ut vir contrahat *dict. modo text. Accurs. in l. 30. h. t. Tira-*
quell. d. LL. Connubial. gloss. 8. num. 135. quo casu inlar, mino-
ris, qui circumveniendi creditoris causa se majorem simulavit,
restitutionis remedium perdit *l. 2. & 3. C. si min. se major. gess.*
Dd. in Auth. sacramenta puberum C. si adversus vendit. sic etiam
mulier hoc S^Crum Vellejan. *Geil. 2. obs. 65.* Amittit etiam
Mulier beneficium hoc S^Cti Vellejan. si forsan pretio accepto
intercesserit *l. 2. §. 3. l. 19. §. fin. l. 23. l. 30. in princip. Azo in sum.*
C. ad S^Crum Vellejan. Sichard. ad rubr. C. eod. num. 13. Sed quale
quantumcunque illud pretium esse debeat, quod mulierem ac-
cipere oporteat, ad hoc ut hujus S^Cti beneficio privetur nul-
quam in jure nostro disertè est expressum; quare putavit
Matth. de Afflic. in c. 1. num. 21. in quib. causis Feud. amitt. id ju-
dicis arbitrio relinquendum esse, quem etiam sequitur *Dn. Me-*
noch. de arbitv. judic. quest. cas. 234. item Dn. Treutler. 1. disput. 15.
Duar. c. 2. Sichard. in rubr. C. h. t. & rectè, non enim potest cer-
ta regula determinari, de illo quod ut plurimum variatur: Ju-
dex a. hoc in casu non debet in nimium arbitrium suum exten-
dere, & quicquid illi affectus & propria temeritas suggerit, ju-
dicare, sed ratione circumstantiarum æqui bonique normam
semper ante oculos habere, ne aut durius quid pronuntiet, aut
mitius quid constituat, secundum *l. 12. ff. de pœn.* & optime
considerare, num etiam dolus creditoris in illaqueanda mulie-
re intercedat, ne alias creditor ex sua improbitate commo-
dum sentiat, mulierque ex simplicitate & infirmitate damnum
capiat.

XV.

Maxima denique causa, quæ maximè Dd. ingenia torfit,
quæq; mulierem indignam hoc beneficio S^Cto facit, est illa ipsa
sui

Cui beneficii competentis renunciatio, de qua primo Dd. quaerunt. Anne mulier possit huic sibi competenti beneficio renunciare, seu hoc jus, jure sibi quæsitum, remittere? & communiter Dd. concludunt, quod simpliciter possit huic beneficio renunciare, *Accurs. in l. fin. C. ad Sctum Vellej. & in l. 1. ff. eod. Angel. Aretin. in §. 8. si in judicio num. 19. l. de except. ratio quia quilibet potest, favori pro se introducto renunciare, c. si de terra 6. de privilegi. l. penult. C. de pact. l. quod favore, C. de legat. Bart. in l. 3. n. 20. ff. de fidejuss. Alberic. in l. fin. ff. ad Sctum Vellejan. Alciat. in l. penult. C. de pact. Geil. 2. obs. 71. num. 1. Rectius tamen statui putamus cum Dn. Arum. disput. 12. thes. 8. gloss. & Dd. in c. si diligenti 12. & ibi Fel. num. 14. de for. compet. c. ex rescripto 9. in fin. de jurejur. Bart. in l. doli 19. num. 2. ff. 9. Novat. & in l. fin. cum seq. ff. ad Sctum Vellejan. per l. 3. ff. eod. & per l. si mulier 22. C. eod. Gometz. 2. variar. resolut. 13. num. 17. mulierem ita non simpliciter posse, beneficio huic renunciare, quia eadem facilitate, qua inducitur ad contrahendum, eadem etiam ad renunciandum posset induci l. si mulierem C. ad Sctum Vellejan. l. si iudex 41. ff. de minorib. l. 6. ff. de restit. in integr. Sed requiri iudicis ad hoc praesentiam, quae omnem dolum excludit; sicque non simplex, sed judicialis renunciatio mulierem carere hoc beneficio faciat. Cui judiciali consimilis est renunciatio uti Dd. vocant necessaria, si forsitan mulier suorum liberorum tutelam suscipiat l. 2. cum Auth. seq. l. fin. C. quand. mulier tutel. offic. fung. nam tunc beneficiis sibi competentibus renunciare cogitur. Sed quaerunt hic juris interpp. anne his casibus ut valida sit renunciatio mulier de jure suo certiorari debeat? negat. Bart. & Dd. in l. si quis 11. ff. de testam. tutel. & in l. repudianda 13. ff. de acquir. heredit. Socin. reg. 273. num. 3. per rationem quae traditur, in c. sicut nobis in fin. de re judic. c. in praesent. de renuntiat. c. quoniam contra de prohibet. in fin. nam in judicio omnia recte & solemniter acta praesumuntur, donec contrarium proberur: dict. mod. textib. nobis tamē rationi & æquitati magis conveniens videtur sententia Alber. in l. omnes C. de Heretic. & Manich. statuens, mulierē maximē certiorari debere de jure suo, praesertim cū renunciatio illa, quae in judiciis fieri solet, se non extendat ad ea, de quibus tempore renunciationis*

non est cogitatum, text. in l. fin. §. item quæsitum, ubi Bart. n. 2. ff. de
condict. indeb. & in l. qui cum tutoribus ff. de transact. nemo enim
præsumitur renunciare suo juri quod sibi competere ignorat:
text. in l. mater §. ceterum ff. de inoffic. testam. Fulgos. ad L. 2. n. 2. C.
de rescind. vendit. Hippol. de Marsil. ad rubr. fidejuss. n. 36. Alberic. in l.
& si quis §. quæsitum ff. si quis caut. per tot. accedit & hoc, quod re-
nunciatio sit stricti juris, & in illa non veniat, nisi quod no-
minatim est expressum. arg. l. 35. l. 47. ff. de pact. l. 9. in fin. ff. de
transact. vide omnino Thesaur. decis. 222. n. 10. Non tamen in renun-
ciatione juratoria requirimus beneficiorum mulieri compe-
tentium certiorationem, quia juramentum, illud loco certio-
rationis est, & censetur mulier virtute juramenti, omni ill. ac ju-
ris beneficio renunciasset, si non in specie, tamen in genere, ita
docet Geil. 2. obs. 77. & dicit, hanc esse comm. Dd. sententiam,
per text. in Auth. sacramenta puerum. C. si advers. vendit. & text. in l.
§. duo patroni §. Iulianus ff. de jurejur. Movent autem hic Dd. quæ-
stio: an aliquando huic juratæ renunciationi contravenire
liceat, & communis est opinio, quod in casu, quando mulier
enormiter est læsa, huic beneficio nihilominus juvari possit, per
rationem, quod ex enormi illa læsione dolus præsumatur, text.
in l. omnes §. Lucius ff. quæ in fraud. credit. & in l. si supersticio §. fin. C.
de dol. mal. juramentum autem non debeat esse vinculum iniqui-
tatis text. in c. quanto de jurej. & in c. 1. §. quia verò eod. tit. in c.
Melius tamen dici putamus respectu conscientiæ nullo modo
contraveniri debere juratæ renunciationi, quamvis & jam enor-
miter fuerit læsa, d. c. cum contingat de jurejur. Dn. Treutler. 1. disp. 29.
th. §. lit. C. Afflict. decis. 312. Dec. consil. 250. in fin. & consil. 181.

XVI.

Et tantum pro ratione ingenii de personis ad fidejuben-
dum minus idoneis & in specie de SCto Vellej. ordo monet, ut
nos accingamus ad materiã, circa quam fidejussores versantur,
seu obligationem cui accedere possunt. Principio autem sciend-
um de jure requiri, ut omnis fidejussor, qui ad obligationem
accedere vult, idoneus & habilis sit. Cum autem persona, qua-
tenus persona, talem vim & efficaciam non habeat, ut perfe-
ctam, aut talem idoneitatem, qualem jus nostrum requirit, præ-
stet, videndum, quænam fidejussorem reddant idoneum & ha-
bilem

bilem, seu in quibus illa fidejussorum idoneitas consistat: Et
concludit communis Dd. schola, quod in tribus potissimum
causis consistat. 1. facultatibus, l. quos nos hostes, & ibi Godd. 134.
S. 1. ff. de V. S. l. si arbitrio 10. ff. qui satisd. cogant. l. fin. ff. si cert. pe-
tat. l. 3. ff. de manumiss. l. si locuples 57. ff. de manumiss. testam. Cujas.
in Nov. 4. 2. Conveniendi facilitate, ne fidejussores utantur fo-
ri præscriptione l. 2. l. si fidejussor. 7. ff. qui satisd. cogant. 3. Si reo
sint necessarii & sanguine juncti, ut parens, patronus, filius, hic
enim qualiscunq; sufficit, & si horum unus recusetur, habet lo-
cum pœnale judicium 50. aureorum l. 1. & 2. ff. in jus voc. ut
cant. l. 2. ff. qui satisd. cogant. Oldendorp. class. 1. act. 6. n. 1. Ex pri-
ma itaq; idoneitatis causa patet, nec egenos l. 3. S. fin. ff. ut in poss.
legat. aut tales, qui ob paupertatem non sufficiunt ad litem l. 41.
ff. de perit. heredit. fidejussores dari posse, sed tantum illos qui lo-
cupletes sunt, & ad obligandum & conveniendum habiles. l. 5.
S. qui pro rei ff. qui satisd. cog. l. 3. ff. de fidejuss. Sed quid, si creditor
initiò minus idoneum fidejussorem admittat, eritne huic ma-
gis idoneus in alterius locum dandus? & distinguere videntur
jura, inter scientem, & ignorantem, ut scienti non, l. 3. in fin. ff. de
fidejuss. l. 1. S. fin. ut in possess. legator. & c. ignorantem autem alius in
locum minus idonei substituatur, arg. l. 3. in princip. ff. ad Sctum
Macedon. l. miles 11. S. mulier 12. ff. ad L. Jul. de Adult. Accurs. in l. si
qui stipulatus 12. S. 1. ff. de V. O. Hippol. de Marsil in rubr. de fidejuss.
n. 73. Nee est ut dicamus debitorem semper debere creditorem
de fidejussoris conditione certiorare, ut ejus conditionem no-
scat, cum quo contrahit, secundum l. qui cum aliquo ff. de R. I. Si
enim ipse creditor in ejus conditionem inquirere negligat, uti-
que opus non habet debitor, ut creditori statum & conditionem
fidejussoris aperiat. l. 48. ff. de fidejuss. plura, vide apud Hering. c. 11.
n. 10. & seq.

XVII.

Habita sic ratione personæ & qualitatis, fidejussores acce-
dere possunt omni omninò obligationi, quomodocunq; con-
tracta fuerit S. 1. l. h. t. l. 2. l. 8. S. 1. l. 16. S. 3. ff. de fidejussorib.
Non tamen pro conservanda dote fidejussores dari posse Dd.
concludunt, arg. l. 8. C. de pact. convent. l. 1. l. 2. ubi Cyn. C. ne fide-
juss. dot. dent. l. cum dot. 18. ff. de jur. dot. l. quod a. 7. S. si uxor ff. de do-

C. 3

nat.

nat. int. vir & uxor. l. si constante 24. §. quoties ff. solut. matrim. l. 1. ff. qui satidat. cogant. l. unic. §. cum a. C. de rei uxor. act. c. vestras extr. de donat. inter vir. & uxor. Bald. in Nov. de dotib. part. 3. num. 21. Conan. §. comm. jur. civil. c. 9. adēō ut acceptus tanquam contra ll. decreta acceptus, non censeatur obligatus, l. 1. l. 3. ubi Bart. Bald. Salic. & Dd. C. ne fidejuss. dot. dent. Bart. in l. 1. l. enim lex, ff. de fidejuss. & l. si constante ff. solut. matrim. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 190. num. 43. Ratio autem cur pro conservanda dote mulier à marito fidejussores exigere non possit, hæc ab Interpp. affertur, ne videatur ea ratione de fide maritali dubitare, cum tamen se suamque vitam marito commiserit, juxta l. 1. ff. de rit. nuptiar. l. si cum dote 22. §. si maritus vers. quid enim tam ff. solut. matrim. unde postea rixæ, jurgia, suspiciones pravæ & aliæ innumerabiles molestiæ & calamitates, quæ indissolubile illud amoris conjugalis vinculum solvunt, oriuntur; text. in l. fin. C. ne fidejuss. dot. vide etiam text. in l. qui ita §. 1. ff. ad SCrum Trebell. & in l. cogi §. idem querit ff. eod. gloss. ibid. verb. cautiones: & sanè, sicut opera danda est, næ concordia conjugalis aut pretio concilietur, aut inopia discutiatur, l. 2. & 3. C. de donat. int. vir. & uxor. neve benè concordantia matrimonia turbentur, l. 1. §. fin. ff. de liber. exhib. l. cum te §. si filiam C. de inoffic. testam. ita quoque necessarium est providere, ne ulla perfidiæ causa ob dotem, in matrimonio generetur, si quid enim magis reprehendendū, quam concordiam maritalem lucro præferre, l. reprehendenda C. de instit. & subst. aut venalia esse matrimonia d. l. 2. ff. de donat. inter vir. & uxor. Aliud tamen obtinet, si forsan maritus ad extremas inopiæ angustias redigatur, aut alias incipiat bonis cadere & labi Geil 2. obs. 84. num. 10. & seq. tunc enim licitè à muliere ad conservandam dotem fidejussor peti potest, Geil. d. l. Thomiug. detis. 58. Recipere etiam fidejussorē mulier potest, si sua spontè maritus offerat fidejussores, quo casu omnes prædictæ rationes cessant in l. fin. C. ne fidejuss. dot. dent. & aliis locis expressæ, non enim tunc ulla uxoris est diffidentia, sed potius mariti laudanda promptitudo, qui fidejussores constituit, non quia perfidiam ejus, uxor timet, sed ut dos ei magis in tuto sit, potest enim multis accidere modis, ut maritus post acceptam dotem solvendo esse desinat, atque per hoc mulier sua dote carere

carere necessum habeat, quam alias consequi poterit, si fidejussor datus sit, qui in subsidium deficiente marito convenire potest, arg. l. Gracè §. à tutore ff. de fidejuss. facit huc etiam regula, quæ habet quod multa quidem peti non possint, si data tamen fuerint, rectè habeantur l. cum illud §. 1. ff. quand. dies legator. Quam tamen æquissimam Dd. sententiam nonnulli juris Interpp. rejiciunt, & uxorem ne ultrò quidem marito offerente fidejussorem dotis nomine accipere posse contendunt Cujac. in paratit. C. ne fidejuss. dot. per l. 1. & 2. C. d. t. Zas. in l. 5. constante n. 15. 16. & seq. ff. sol. matrim. sed merito tanquam æquitati & juri minimè conveniens rejicitur.

XVIII.

Sed hisce relictis, conferemus nos rursus ad obligationes quibus fidejussor accedere potest, & dictum est initio thes. præcedentis, omni omninò obligationi accedere posse fidejussorem, hinc sequitur eum etiam Naturali adhiberi posse per l. quod enim 7. l. fidejussor 16. §. fidejussor 3. l. Marcellus 25. ff. de fidejuss. Guid. Pap. decis. 570. n. 5. Non verò tantum fidejussor ille, qui accessit obligationi Naturali, etiam naturaliter tantum obligatur, verum Civiliter & Naturaliter, text. in l. Marcell. ubi Paul. de Castr. h. t. nec dici potest eum in plus quam ipsum principalem obligari, cum tantum durius & efficacius obligetur, quod utiq; jure permittente fieri potest, c. ex rescripto de jurej. Veluti si pro pupillo debitore intercedat, hic enim etsi à creditore convenire neutiquam possit, cum Naturalis obligatio actionem non producat, l. jurisgentium 7. §. sed cum nulla 4. ff. de pact. fidejussor tamen hic qui obligationi pupilli accessit, obligatur, ita ut optimè ad solvendum pupilli debitum conveniri possit. d. sep. l. Marcellus 25. Quin imò hoc casu, quando fidejussor naturali accessit obligationi, ne quidem regressum habet ad conveniendum illum pro quo fidejussit, cum enim alias regulariter actione mandati, si pro principali solvit, contra principalem agere & experiri possit, tamen hic quia pupillus, servus, prodigus & alii mandando obligari non possunt, contra illos etiam actio hæc institui non potest, quare donandi potius

potius animo, quam fidejubendi huic obligationi accessisse videtur. d. l. 25. h. confer. 46. ff. de O. & A. l. 70. §. 4. in fin. h. l. 32. ff. de pact. l. 1. §. 7 ff. quod juss. Non verò tantum Naturali, verum etiam Civili rectè accedere potest fidejussor §. 1. I. de fidejuss. d. l. fidejussor. §. 3. Accurs. & Dd. in l. 1. ff. h. t. Circa civilem autem hanc obligationem Dd. distinguunt, aut etenim est talis obligatio, quæ habet effectum exactiōis, ut in sententia condemnatoria Dd. comm. in l. Julianus. vero 60 ff. de condict. indebiti, & tunc nascitur civilis obligatio, non Naturalis propriè ex consensu quia iudicium redditur in invitum l. inter stipulationem 83. ff. de V. O. & pro tali obligatione fidejussor intervenire potest. l. 4. §. ea conventionē 4. ff. de re judic. Aut Civilis est obligatio, quæ quamvis producat actionem non exactiōem, gignit, ut in literarum obligationibus, ubi ante biennium tantum adest civilis obligatio & agenti obstat exceptio non numeratæ pecuniæ, de quibus alio loco; huic ergo obligationi si accedat fidejussor in effectu nō obligatur, quia habet eandē quæ habet principalis exceptionē gloss. in d. l. fidejuss. ff. h. t. Accurs. & Dd. in l. 1. ff. de fidejuss. Eman. à Cost. in l. 3. in princip. C. de non numer. pecun. Vasq. 1. illustr. contrav. c. 40. n. 8. Imprimis a. vide l. 7. ff. de except. quibus adde l. tam mandatori & l. penult. C. de non numerat. pecun. l. defensiones 11. C. de except. l. fin. §. fin. C. de usur. Rejudic. §. si testamento in princip. & l. fidejussores. ff. de fidejuss. l. duobus §. 1. ff. de jurejur. l. quod dictum & l. fin. ff. de pact.

XIX.

Rectè etiam fidejussor adhibetur ut principali, ita etiam accessoriæ obligationi, ita ut fidejussor fidejussorem præstare possit, vulgo, ein Schadlos Bürge l. 8. §. fin. h. t. d. quò ante dictum; adeoque tam præsentis, quàm futuræ l. 4. ibiq. gloss. l. 6. l. 38. §. 1. l. 57. ff. h. t. l. 35. ff. de judic. Mynsinger. ad §. 1. h. Debent autem prædictæ hæ obligationes, quibus fidejussorem accedere diximus, tales esse, quæ jure subsistunt & valent, alias namq; illis fidejussor adhiberi non potest, l. non dubium C. de ll. l. qui contra 11. l. cum lex 46. ff. de fidejuss. l. si quis amplius §. fin. ff. de leg. 1. l. juris gent. 7. §. generaliter ff. de pact. Accurs. in §. in omnibus l. de fidejuss. Adhiberi etiam fidejussor non potest obligationi quæ impossibilitatem quandam inducit, l. 29. ff. de fidejuss. Impossibilium enim

enim nulla est obligatio *l. impossibilium ff. de R. I. l. cum heres i. S. i.*
ff. de statu liber. l. inter stipulantem ff. de V. O. c. fin. de pact. c. nemo de
R. I. in 6. & adjectio illa impossibilitatis actum illum rescinde-
re & annihilare videtur. l. impossibiles ff. de V. O. l. non solum ff. de O.
& A. l. certi conditio §. item queri. ff. de R. C.

XX.

Et hæc dicta sunt de civilibus obligationibus: quid ergo
dicendum erit de criminalibus? potest illis etiam adhiberi fi-
dejussor, ita ut reus illius accessione liberetur? & distinguunt
Dd. aut enim reus incarceratus crimen commisit, quod pœnam
sanguinis irrogat; aut delictum perpetravit, pro quo tantum
pœna pecuniaria præstanda venit: Primo casu ex communi Dd.
opinione relaxari nō potest carceratus fidejussore oblato, *Bart in*
l. 12. col. 1. in fin. C. de exhibend. reu. Vlp. in l. divus 3. ff. de custod. &
exhib. reor. & Bald. in l. eos §. super his C. de appellat. voluit, non esse
relaxandum reum, etiam si mille offerre vellet fidejussores, Mar-
fil. consil. 16. n. 28. & in pract. crimin. §. attingam n. 1. & latius in
c. 2. n. 20. de rescript. Paul. Grilland. de relaxat. carcerat. c. de fidejuss.
102 num. 20. Didac. Covarr. 2. variar. resolut. t. 8. n. 8. Roland. à Vall.
consil. 38. n. 2. lib. 1. Rationem autem hujus conclusionis hanc
Dd. adducunt, quia fidejussor cum intercedit pro Principali,
Principalis obligationem plenè & perfectè in se derivat, per
text. sep. alleg. atqui in causa criminali, ubi de vita hominis
agitur, rei principalis obligationem, quæ se extendit ad pœnam
corporalem, fidejussor in se derivare non potest. *Dd. in l. si à reo 71.*
§. fin. ff. de fidejuss. Bal. in l. si quis 4. circ. princip. ff. de custod. & ex-
hib. reu Bald. in l. 1. C. ne fidejuss. dot. & in l. 1. n. 7. C. ne fil pro patr.
si quidem nemo hominum suorum membrorum sit dominus,
l. liber homo ff. ad L. Aquil. Dicendum ergo videtur hoc casu, quo
pœna sanguinis venit, reum sub fidejussoria cautione non esse
relaxandum. Verum enim verò, hæc quamvis quidem admodū
speciosa & plausible videantur, nefastamen esse non ducimus,
si ab hac communi Dd. opinione recedamus, cumq; Neotericis
dicamus, hæc omnia esse judicis arbitrio relinquenda, qui pro
suo arbitrio, reum vel in carcere retinebit, vel sub fidejussori-
bus relaxabit, facit *text. expressus in l. 1. ff. de custod. & exhib. reu*
Mench. de arbit. judic. quest. c. 313. n. 18. 19. & seqq. item l. 2. ff. d. r.

D

Ubi

Ubi servus capitalis criminis & publicorum judiciorum reus dato fidejussore, vel domino, vel alio quodam extraneo liberatur, quod si in servo hoc receptum est, quanto magis hoc in libero homine valebit: adde *l. 3. ff. eod. imprimis autem l. super his 6. C. de appellat.* Arbitrium autem hoc judicis non adeo late extendimus, ut illi concedamus, quo semper & ubique ad lenitatem inclinet, reumque statim presentibus fidejussoribus e custodia dimittat, sed imponimus ipsi, ut habeat primo, rationem causa, quae a *Dn. Godd. de contrab. & committ. stipulat. c. 6. conclus. 23. declar. 2.* exponuntur; secundo etiam rationem qualitatis, & delictorum, *l. 1. ff. de cust. & exhib. reor. Godd. in l. vinculorum 224. de V. S.* Ubi Doctores distinguunt, aut enim illud crimen est gravissimum, & ante supplicium etiam carceris poenam meretur, quale est crimen Majestatis, perduellionis, parricidii &c. *de quib. in l. 3. ff. d. t.* quo casu minimè reus intervenientibus fidejussoribus relaxari potest; aut delictum tale est, ut non ante executionem meretur carceris poenam, quo casu fidejussorum intercessione dimitti e carcere reus potest, vide *Gometz. 2. variar. resolut. c. 13. n. 12.* 3. rationem personarum: si enim personae illustres aut alias viri clarissimi criminis capitalis rei peragantur, hi fidejussoribus sunt relinquendi *l. 1. ff. d. t.* (quo beneficio etiam frui debere, decuriones, doctores, atque liberalium artium Professores, tradit *Ioh. de Plat. in l. Medicos C. de professorib. & Medic. lib. 10. Alber. de Rosat. in rubr. de munerib. n. 14. & t. t. de decurionib. Wesenbec. in paras ff. de exhib. reor.* quamquam alias regulariter personae illustres juratoria cautione dimittantur, *l. quoties C. de dignitat. vide Franc. de fidejuss. c. 3. n. 210. & seqq. Hering. de fidejuss. c. 10. num. 334.*) vilissimae verò conditionis homines, aut de quorum integritate & bonitate ante dubitatum fuit, in custodia retinebit. Sed posito jam, quod iudex ex suo arbitrio, habita diligenti ratione circumstantiarum, reum criminis capitalis fidejussorum interventu e carcere dimiserit, isque postea metu poenae aufugerit, quaeri solet, qua fidejussor si reum non justo & statuto tempore praesentaverit, aut alias omninò illū exhibere nō poterit, poena puniri debeat & distinguit *Cyn. in l. si commentarensem 4. C. de custod. & exhib. reor.* Aut fidejussores tantum fuerunt in culpa, quò reus aufugit &

git, & puniuntur pœna pecuniaria, so hoch als sie sich verbirget/
(Nam de hodiernis moribus plerumque fit, ut quando fidejuf-
sor assumitur in criminalibus, summa certa pecuniæ ipsis loco
pœnæ, si reum non iusto tempore exhibuerint, denunciatur,
welche sie zu erlegen sich verpflichten müssen/woserne sie den Betlage-
ren nicht stellen/nec liberantur, ab hac obligatione, priusquam
vel reus sit sententiam passus, vel id quod in cautione fidejuf-
sorea continetur, sit solutum. *Afflict. decis. 13. Muller. 2 se-
mestr. 2 num. 1.*) Aut fidejussores fuerunt in dolo, vnd haben ihn
davon geholfen/& tunc licet eadem pœna corporali, quæ reus au-
fugiens affligendus esset, puniri non possint, attamen pœna ex-
acerbatur, & arbitrio iudicis, incarceratione, ut alio modo pu-
niuntur, pro ut ratione delicti & personæ, iudici visum fuerit. *d.
l. si quis reum 4. ff. de exhib. reu. & ibi Dd. vide Menoch. de arbitr. iudic.
quest. cas. 304. per tot.*

XXI.

Secundo casu, ubi non pœna sanguinis, sed tantum pe-
cuniaria persolvenda venit, dubium nullum est, quin fide-
jussores intervenire, reusque illorum intercessione liberari &
è vinculis relaxari possit: *l. 1. & ibi Bart. l. 34. ff. de custod. &
exhib. reor. l. si quis pro eo §. fin. ff. de fidejuss. l. eos, §. super his
C. de appellat. & ratio est, quia ut ab ipso reo, ita etiam ab
hujus fidejussore satisfieri potest pœnæ reo impositæ, cum
non agatur de damno corporis, sed tantum pecuniæ, arg.
l. denique, cum l. seq. ff. de jur. fisc. Damh. in practic. crim. c. 20.
num. 1. quod in tantum etiam est verum, ut si iudex hoc casu
nolit recipere fidejussores, sed reum in carcere detinere, com-
mittat contra reum injuriam, & teneatur ei in syndicatu actio-
ne injuriarum, arg. text. in l. si vero pro §. 1 ff. qui satis cogant. Idem
obtinere volumus in eo, qui ipse propter inopiam pœnâ præsta-
re non potest, fidejussorem tamen idoneum affert: quod tamen
Bart. in l. 1. n. 3. ff. de custod. & exhib. reor. Dec. consil. 143. n. 1. Cagnol. in
procem. §. torum n. 59. displicet, putantes hoc casu, quo pœna pecu-
niaria à reo præstari nō potest, tergū præbere debeat, juxta vul-
garè regulam, qui non habet in ere, luat in corpore, nec fidejuf-
sor admitti, *Zaf. in §. pœnali. l. de act. sed hæc, tanquã nimis dura &
rige-**

rigerosa sententia merito cum *Dn. Menoch. 2. arbitr. judic. quest. cas. 303. n. 36.* & alijs *Dd.* reiicitur, ex summa æquitate; in humanum etenim & crudele est, nullam aliam ob causam, quam ob defectum pecuniæ, corpus cruciare & affligere, cum unum quodlibet membrum corporis humani nobilius & præstantius sit, quam ut ullo pretio æstimari possit, & quælibet etiam minima corporis læsio omni nummaria æstimatione gravior & major sit, *l. servorum in fin. ff. de pœn.* cui accedit reos maximè favore esse dignos, *l. favorabiles ff. de R. I.* & in illorum absolutio- ne maximè propendere debere iudicem *l. absentem ff. de pœn.* cum ergo tantum pecuniæ reus in parato non habeat, qua pœna se redimere possit, maximè tamen sub fidejussoria cautione erit dimittendus, quo interim commodè de solutione cogitare possit, nec interim pœna corporali afficiendus: is enim qui idoneos offert fidejussores, pro solvendo habetur, *l. nemo dubitat ff. de R. I. vide l. quod Ephesi. ff. de eo quod. cert. loc.*

XXII.

Materiam legitimè subsequitur forma, quæ quasi rerum gestarum facies & fax est; consistit autem forma hæc fidejussio- nis in stipulatione, *Wesenbec. in parat. h. n. s. l. blanditius C. h. t. l. sti- pulationum alia s. S. satis acceptio ff. de V. O. Bal. in d. l. blanditius, Bo- lognez. in l. sciendum n. 45. ff. de V. O. Hartm. Hartm. lib. 2. practicab. forens. tit. de fidejuss. 29. obs.* fidejussio enim solemnè stipulatio- num cautela vallari & muniri debet, *l. omnes 33. §. in hac C. de Episc. & Cleric.* & nisi ea interveniat, fidejussio corrumpitur, nullumq; effectum producit, *d. l. blanditius Alexand. consil. 60. num. 1. vol. 6. Emil. Ferrer. Resp. 49. num. 2. verb. fidejussor aliter obligari non potest, Afflict. decis. 39. n. 1.* & hinc est, quod stipulatio hæc contractibus adijci soleat, ut eo magis firmentur obligationes, & conventio- nes alias per se nudæ vestiantur & munimine quasi aliquo cir- cumdentur, *Paul. lib. 5. sentent. tit. 7. l. 1. §. verbis, in fin. ff. de O. & A. l. 3. §. stipulatio l. si ita 1 26. §. Chrysogonus ff. de contrah. & com- mitt. stipulat. Zas. ad l. 1. n. 2. 3. 4. 5. & seq. d. t.* Cum autem inter- venisse hanc stipulationem dici non possit, nisi quoq; solemnè illa stipulationis accedant, *l. 5. §. stipulatio, ubi interpp. de contrah. & somm. stipulat. l. 1. §. verbis, l. 3. in fin. l. obligamur ff. de O. & A. Go- mez. variar. resolut. 2. c. 9. n. 3. & 4.* attamen cum hodiè Leonina consti-

constitutione solemnitas illa verborū abolita & sublata, *l. omnes*
ro. C. de contrah. & committ. stipulat. §. 1. l. de V. O. sufficiunt qua li-
bet verba, modò stipulantium mens & sentētia inde colligi pos-
sit, *dict. ll. & l. 4 §. fin. C. de recept. arbitr.* undē patet ex mente po-
tius contrahentium, quam ex verbis dijudicandum esse an sti-
pulatio sic contracta, *l. 1. §. 12 ubi Duar. & Cujac. & comm. Dd. ff.*
de pact. & concludendū, utrū ea intervenerit, nec ne, dict. l. Quod
multò magis obtinet in fidejussione, quamvis enim in hac non
ita accuratè sit habita ratio interrogationis & responsionis, i-
remque antiqua solemnitas in instrumento super hanc erecto
observata, tamē si modo scriptum sit in instrumento rogasse Ti-
tium & spondisse Sempronium, præsumitur ritè stipulatio-
nem intercessisse; & fidejussorem firmiter obligari voluisse, nisi
forſan paciscendī causa factum sit, aut alias falsum doceatur in-
strumentum, *l. 7. §. qui ferè. ubi Dd. ff. de pact. l. 1. l. optimam C. de*
contrah. stipulat. l. Titia 134. §. penult. ff. d. t. §. si scriptum l. de inuer-
lib stipulat. Qua occasione querere libet de fide instrumento
rum sive scriptura, an fidem & qualem habeant, & obtinuit, in-
strumentum sua solemnitas habens, tanti momenti esse, ut cōtra-
riam probationem non admittat, nisi apparens sit vitium, aut
aliàs fides ejus arguatur, *l. cñ precibus ubi Bald. C. de probat. Zas ad l. su-*
post, C. de jur. & fact. ignor. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 905. 906.
907. Paul. lib. 5. sent. tit. de testib. Cujac. ad L. 30. ff. de contrah. stipu-
lat. l. sciendum ff. d. t. Bald. ad L. 2. C. de edict. div. Hadv. tollend. est
enim probata probatio, *Bald. in l. 1. ad fin. C. de judic. Anton. Gabr.*
de præsumpt. lib. 1. comm. conclus. conclus 1. Jacob. Menoch. de præsumpt.
lib. 1. quæst. 99. n. 12. & seq. ad fin.

XXIII.

Porro quemadmodum stipulatio contrahatur quibuscunq;
verbis, nec diversitas linguarum etiam vitiat, ita etiam quacun-
que lingua fidejussio celebrare potest, nec refert an Gallicè, an
Hispanicè, an denique Italicè sit instrumentum fidejussorium.
conceptum, hoc tamen addito, ut intelligatur quid in eo contie-
neatur: intelligent autem partes, hoc per se, vel per interpretē
arg. l. 1. §. 5. vers. ita tamen ff. de V. O. & ea quæ tradit Myns. s. obs. 85.
l. in princip. ff. de contrah. & committ. stipulat. Si per Interpretem,
in disceptationem venit; si forſan ambiguitas quædam postea,

vel de verbis, vel de eorum intellectu, vel de ipso denique negotio inter contrahentes incidat, an Interpret. hac in parte plena fides sit habenda, & an testis esse possit? de qua quaestione diversae inveniuntur Dd. sententiae & opiniones, nonnulli inter quos est *Alexand. consil. 250. col. 3. Dec. consil. 135. Feb. in c. dilectorum extr. de testib. cogend. per c. mediatores extr. de testib. in 6. gloss. in c. si quis Episcop. 1. q. 1. §. quoniam vero. Nov. de testib. Bart. in l. omnibus C. de testib. & l. deferre, §. decreverunt, ff. de jure fisc. alique Dd. putant, hoc casu interpretem partes proxenetae sustinuisse, qui plerumque testis esse non potest, quare illi etiam plena fides adhiberi non debeat. Alii denique reperiuntur, qui proxenetae testimonium competere dicunt, plenamque fidem ei tribuunt, *Bald & Salic. in l. omnibus C. de ll. Zaf. consil. 9. numer. 6. vol. 1. & consil. 2. num. 29. vol. 2.* Quorum tamen doctissimorum virorum sententia nobis non arridet, sed plausibilior videtur *Dn. Mynsinger. opinio. qui resp. 83. num. 6. 7. & seq. item s. obs. 45.* rem distinctione decidit, aut enim Interpretes ille est Notarius publicus, & tunc plena fides ejus testimonio adhibetur, quia ei soli de jure creditur, *l. si quis decurio C. de fals. aut Interpretes ille non fungitur officio Notarii, tunc ad majorem fidem duo debent produci & adhiberi, c. quoniam de probat. quod si duo propter nimiam loci difficultatem haberi non possint, tunc unus debet sufficere, facit l. 10. C. de fid. instrumentor. voluntate tamen utriusque partis adhibitus. Bald. in l. directus C. de manumiss. testam. & d. l. 10. C. de fid. instrumentor.**

XXIV.

Denique ut in stipulatione requiritur praesentia, sic etiam maxime in fidejussione desideratur, *l. 1. §. 1. ff. de V. O. §. fin. l. de fidejuss. Vafq. illustr. controvers. 40. n. 8.* non ergo per nuntium contracta valebit fidejussio, *arg. d. l. 1. in princip. ubi Dd. de V. O. l. 3. C. de contrah. & committ. stipulat. §. item verbor. l. de inutilib. stipulat. nam absens absenti stipulari nihil potest, ex eo quod invicem se exaudire debeant d. l. 1. ff. de contrahenda & committ. stipulat. & nuntius proprie inter absentes connumeretur. §. 1. verb. vel per nuntium ubi gloss. & Interpp. l. de oblig. quae ex cons. l. 2. ubi Cujac. Duar. & Zaf. ff. de pact. Aut per Epistolam celebrata fidejussio subsistet, gloss. in l. Titius ff. de constit. pecun. quia Epistola etiam absen-*

absentiam personarum contrahentium arguit: nec refert,
quod Epistola quidem dicatur tacitus animi nuntius, ut Epictetus
Div. Hadriano respondit, proprie tamen & regulariter per
Epistolam non loquimur, *l. miles ad sororem ff. de legat. 1. Bald. aliq.*
Dd. ad sep. l. 1. per text. l. 2. ff. de pact. & l. 1. ff. de LL. Coras. lib. 1.
Miscell. c. 24. n. 1. & est contrahendi non inter presentes, sed ab-
sentes modus, *l. 1. ubi Dd. C. de contrah. stipulat. l. 2. ff. de pact. ubi*
Duar. & Cujac. Quæ quidem ita se habent de mero & stricto ju-
re, respectu verò æquitatis, commertiorum, & communis utili-
tis, hodiernis temporibus contrarium observatur: non enim
aliter hodiè per nuntium aut per Epistolam cōtracta stipulatio,
& per consequens fidejussio, valet, quàm si inter presentes fuis-
set celebrata: *Trentl. 2. disp. 28. th. 4. lit. B. Hering. c. 11. num. 76.*
& seqq. Vasq. illustr. controvers. 4. lib. 6. 4. num. 8. Dn. Hillig. Donell.
Enucl. lib. 15. c. 48. lit. C. Gothofr. in l. si ultra lit. N. C. de fidejuss.
Et sanè non immeritò, cum enim alia etiam, & imprimis, ar-
dua & graviora negotia inter absentes per Epistolam & nun-
tium agantur, quid quæso erit causæ, cur hoc etiam in fidejus-
sionibus non admittamus? sic namque cessio bonorum potest
fieri in absentia creditoris, *Zas. in l. bonis vers. ex hoc consequenter,*
ff. de cess. bonor. sic & inter absentes sponsalia possunt contrahi
vel per nuntium vel per epistolam, *l. fin. ff. de sponsal. Zas. consil.*
3. numer. 8. & 6. & consil. 4. numer. 1. lib. 2. Alber. Gentil. de nupt.
lib. 2. c. 2. & c. 14. sic & donatio absenti, per personam ad hoc
destinatam fieri potest *l. absenti ff. de donat. l. nec ambigui C. eod.*
Cephal. consil. 33. lib. 1. aliq̄ue quamplurimi contractus ce-
lebrari: ut sic dubitandum non sit, de moribus hodiernis ean-
dem vim & efficaciam habere stipulationem, & per conse-
quens fidejussionem per nuntium & Epistolam contractam,
quàm quæ in præsentia legitima interrogatione præceden-
te, & Responsione subsequente, celebrata dici potest, *dict.*
textib.

XXV.

Simili quoq; modo per Procuratorem aut Notarium, ut sti-
pulatio ita etiam fidejussio fieri potest; & quanvis regu-
lariter quidem alter alteri stipulari non possit, *f. alteri n.*
de in.

de iurib. stipulat. l. stipulatio ista C. de V. O. ubi Dd. tamen hoc in
Notario secundum comm. Dd. & Interpp. sententiam receptū
est, ut stipulando alteri acquirere possit, per multa iura, quæ ci-
tat Iiraquell *de constit. possess. part. 3. limit. 30. n. 8. Thesaur. decis. 70.*
n. 2. & decretum Camer Imperial relatum à Seiler. in select. Camer sent.
30. Ianuar. anno 1542. in verbis: Vns so darauff beyde Bürgen/durch
sich selbst/oder ihre vollmechtige Anwalde sich gegen etc. quibus ad-
de quod Notarius non tantum pro absente, sed etiam pro non
nato possit stipulari, *text. in l. si quibus operas ff. de oper. libertor. eiq;*
obligationē acquirere: quæ prædicta omnia vera sunt si legitima
stipulatio accessit; quid ergo, si non stipulatio interveniat, sed,
(ut hodiè sæpius de moribus Germaniæ audies), tantum manuū
quædam injectio fiat mit Handgegebener Trew / poteritne hoc
modo celebrata fidejussio de jure subsistere, aut alias plenam
vim & efficaciam sortiri? & putat Decian. Resp. 64. num. 14. vol.
3. Godd. de contrah. stipulat. c. 3. n. 183. fidejussionem non valere,
nullumq; effectum producere, ex eo quod manuum porrectio
& conjunctio, nec stipulatio sit, nec etiam pars stipulationis, sed
tantum merum ac nudum quoddam solum, nihilq; ad for-
man fidejussionis accedat, quæ requirit, ut non signis nudis, nu-
tu, manuum injectione, aut alio quodam recto modo fiat, l. 1 §.
si quis ita ubi Interpp. ff. de contrahenda stipulatione Anton. Gomez. Va-
riar. resolut. 2. c. 9. n. 3. vers. 2. 4. & c. sed expressè stipulatione
intercedente perficiatur; non ergo ibi signa, & alia quædam
fucata inditia ad consensum declarandum intervenire possunt,
ubi de substantia contractus verba expressa requiruntur: per l.
in quibuscunq; 48 item l. non figurat. obligemur 52. in fin. ff. de O. & A.
Alii contra, ut sunt Alexand. ab Alex. lib. 2. genial. dier. c. 19. item
lib. 5. c. 3. Col. Rhodig. lect. antiq. lib. 4. c. 3. Husan. tract. de hominib.
propr. c. 4. n. 5. & 6. Oldendorp. in class. in act. ex stipulat. Aret. cons. 13.
n. 3. contrariū docent, manuumq; injectionem fidejussioni ple-
nissimum robur adijcere contendunt, moti per gloss. in c. funda-
menta, verb. dextras de Elect. in 6. Ubi datis manibus & cessione
dextræ quis firmiter obligari dicitur, cum dextra ferè nihil aliud
sit quàm incorruptæ & non fucatæ fidei testis & signum d. c.
fundamenta & c. 1. in fin. extr. de sponsalib. duor. imprimis autem
si aliquo modo verba accedant, Frider. Pruckman. consil. 50. n. 191.

& n. 603.

¶ n. 603. & hinc est, quod apud Persas dextræ datio firmissimū
& candidi fœderis signum fuerit, referente *Geomet. Phlet. de reb.*
Græcor. lib. 2. Quorum etiam sententia teste communi Dd, scho-
la, hodiè obrinuit, quia hodiernis moribus manuum porrectio
additione juramenti aut alia solemnī quadam protestatione
fieri consuevit, mit *Handgegebener Trew an Eydessatt / Godd. de*
contrab. & committ. stipulat. c. 3. conclus. 9. n. 183. ut sic ferè in sti-
pulationem abeat.

XXVI.

Non verò tantum in stipulatione consistit fidejussionis
forma, sed etiam in quantitate, ne fidejussores plus debeant, aut
in plus obligentur, quàm ipsi principales, *f. fidejussores s. 1. h. t.*
l. græcè s. C. eod. Plus autem hoc, non tantum intelligimus, ratio-
ne quantitatis, sed etiam rei, *d. l. græcè s. illud, item f. si quis agens l.*
de act. l. 16. f. 1. ff. h. t. quare si reus sit in pecunia obligatus, fi-
dejussor ejus in tritico obligari nequit, *l. 47. ubi Bald. l. 38. in prin-*
cip. l. 8. f. 8. ff. h. t. vide etiam Pinell. ad rubric. C. de rescind. vendit.
6. 3. n. 18. Item causæ, hinc est, quod si reus principalis tantum
sub conditione, fidejussor purè non debeat; Loci, nam si princi-
palis simpliciter obligatus erat, fidejussor ut certo loco solvat,
obligari non potest, *d. l. 16. f. 1.* Temporis, seu maturioris præ-
stationis, *f. 1. h. t. l. si testamento, s. quæsitum, ff. h. t.* Et ratio cur
in plus fidejussor, quàm ipse, principalis obligari non possit, hæc
à doctor affertur, ne plus rideatur esse in accessorio, quàm in
ipso principali, *s. fidejussores l. d. t. l. 34. ff. h. t.* Si tamen aliquan-
do eveniat, ut fidejussor in plus, seu in durio rem causam quàm
ipse principalis, se obliget, quærunt Dd. an fidejussor ita acce-
ptus omninò non obligetur, an verò tantum in eam causam in-
quàm principalis est obligatus? & Comm. concludunt Dd. in-
ter quos *Conan. 6. comment. jur. Civil. c. 6. n. 8. Accurs. Bart. aliique*
Interpp. in sepè d. l. græcè s. illud Fulgos. in l. hæcenus f. 1. ff. de con-
stit. pecun. Vasq. illustr. controu. 1. c. 40. n. 5. item Host. & Abb. col. 4.
in c. etsi Christus de jurejur. hoc casu omninò fidejussionem non
valere, rationem hanc assignantes, quoniam tractatus constitu-
endæ fidejussionis est individuus, qui nequaquam pro parte va-
lere, pro parte non valere potest: nec etiam verum sit, ubi re-
spectu formæ actus aliquis est individuus, utile per inutile vi-
tiari,

E

tiari,

riari, Cognol. in l. in eo 33. n. 2. ff. de R. I. Mynsing. S. fidejussores n. 7.
Sed hisce nō obstantibus, verior videtur sententia nō in totum
vitari hunc contractum, sed fidejussorem in tantum obligari, in
quantum obligatus est principalis, per l. si ultra 22. ubi Scharid.
num. 4. & 5. C. de fidejuss. l. si à reo 70. in princip. & S. 1. ff. h. t. l. 1.
S. 4. ff. de V. O. ubi Duar. l. 4. l. rogatus 33. ff. mand. l. id qui sub con-
ditione 19. ff. de constit. pecun. l. item 12. ff. eod. ne scilicet utile per
inutile vitietur, c. utile de R. I. in 6. Atque hanc sententiam am-
plectitur Euguin. Bar. in S. fidejuss. l. de fidejuss. Cujac. in comm. lib.
29. Paul. ad edict. in explicatione l. 19. ff. de constit. pecun. & in notis
posterioribus ad I. tit. de fidejussorib. num. 9. & 10. Gometz. 2. variar.
resolut. c. 13. num. 2. aliq; quamplurimi. Quibus tamen textibus
clarioribus & rationibus à Dd. allegatis, adductis, nonnulli ite-
rum contraveniunt, putantes circa hanc quæstionem distin-
guendum esse, inter promissionem seu obligationem fi-
dejussoream, quæ prorsus aliena atq; diversa est ab obligatione
rei principalis, & obligationem, quæ non prorsus aliena, sed ali-
quo modo affinis & conjuncta principali: priori casu fidejussor
omninò non obligabitur: veluti si fidejussor purè, debitor autem
principalis sub conditione promittat, d. l. græcè. posteriori ca-
su, æquitatis ratione fidejussor in eam causam obligatur, in-
quam Principalis est obligatus, veluti si major summa in
obligationem veniat, ut si principalis quinque, fidejussor de-
cem promittat, dict. ante textib. Franc. de fidejuss. c. 4. conclus. 5. n. 95.
& seqq. quid autem de hac distinctione sentiendum in ipsa di-
sputatione videbimus.

XXVII.

Quamvis autem jam ut dictum fidejussor se in plus quam
ipse principalis obligare non possit, arctius tamen & efficacius
se se obstringere potest, de sep. l. græcè S. 7. l. fidejussor. 16. in princ.
l. Marcellus 25. l. si ita 42. ff. h. t. Veluti si fidejussor juramento se
obstringat, cum tamen principalis debitor purè tantum absq;
juramento se obligaverit, Bart. in l. si quis pro eo 56. n. 15 ff. h. t. Hip-
pol. de Marsil. de fidejuss. n. 291. Gometz. variar. resolut. c. 13. num. 2.
Vult. 1. I. R. c. 39. aut alias instrumento Guarantigiato quod ita-
tim paratam habet executionem, Wesenbet. in parat. h. Gometz.
d. loc. seu obligationi simplici cum Hypotheca accedat, l. 2. l. 17.

& 254

¶ 25. C. h. t. Unde intricatissima & à Dd. sæpius agitata quæ-
stio emergit, an fidejussor pro principali ad carceres, si hoc vel
illo die non solvatur, se obstringere possit, & primò videtur de
jure quod sic, arg. l. 1. C. ubi decurion. & c. l. 4. ff. de stat. homin. l. 7. §.
fin. ff. qui satisd. cogant. l. 19. §. 16. ff. quæ in fraud. creditor. ibique
Bart. & Comm. Dd. in l. 2. C. de patrib. qui fil. distraxer. & per ratio-
nẽ, quæ habet, quod illud quod potest fieri per legem etiam per
speciale pactum, l. non impossibile. ff. de pact. At per l. capi aliquis
& in carcerem conijci potest: l. 3. §. tutores ibiq; gloss. ff. de suspect.
tutor. l. 1. C. qui bon. ceder. cogant. Ergo & c. plura vidè apud Myn-
finger. 6. obs. 51. Verùm huic opinioni contradicere conantur,
Bart. Angel. & Alexander in l. alia §. eleganter ff. solut. matrim. Fel in
c. ex rescripto de jurejur. quasi pactio hæc omninò non sit juri con-
sentanea, tum quod nemo sit suorum membrorum dominus, l.
liber homo ff. ad L. Aquil. & processus non possit ab exequatione
inchoari, sed requiratur libellus, litis contestatio, & sententia:
Bart. Alexander d. loc. quibus tamen neglectis rationibus, cum Dn.
Trevil. 2. disp. 28. th. 4. lit. F. & Dn. arum. exercitat. 13. th. fin. priorem
sententiam tanquam magis communem & in foro receptio-
rem certis tamen terminis retinemus. Huic obligationi ad
carceres non absimilis est pœna obstagij, vulgo die Leistung/
quando fidejussores se obligant, nisi certo & destinato die
solvatur debitum, quod certo loco velint apparere, nec inde
pedem movere, priusquam creditoribus sit solutum Wesenbec.
in parat. h. 1. 3. Geil. 2. obs. 44. Sichard. in l. ob es n 5. C. de obligat.
Modestin. Pistor. p. 2. consil. 1. num. 9. & seqq. quæ quidem ob-
ligatio, seu potius pœna obstagij, iniriò quidem in Germani-
am longa consuetudine est introducta, deinde etiam imperii
constitutionibus de anno 48. confirmata, Tandem autem ubi
obstagia illa pernitiòsa imprimis esse cœperunt Rebus publi-
cis, sumptuosa fidejussoribus, exitiosa reis, laboriosa magi-
stratibus, ipsisque denique creditoribus ad solutionem reme-
ra, primò ordinatione Imperij est coarctata, ut obstagia il-
la inter Imperij limites fierent, Modestin. Pistor. d. loc.
Malo verò, nimium grassante, prorsus novissima Im-
perij constitutione sublata. Polizeynordnung zu Franckfurt
Gebessert de Anno 1577. tit. 17. §. Wiewol auch Geil. d. loc.
E 2 & in

& in tract. de arrest. imper. c. 9. n. 15. Goddæ. de sequestrat. c. 1. p. 3.
axiom. 3. n. 11. Ernest. Cothman. Resp. 19. n. 5. Treurt. 2. disp. 28. ab. 4.
lit. F. Quamvis obstagia illa adhuc in nonnullis locis vigere &
observari audies, ut in Lusatia, Holsatia & aliis locis: Joh. Koppens
decis. 3. in fin. per tot. Treurt. d. loc.

XXVIII.

Quin imò non tantum fidejussor ipso principali se arctius
& efficacius obstringere potest, seu conditionem suam deterio-
rem reddere, verum etiam in minorem partem se potest
obligare, sicq; ipso principali conditionem suam meliorem
facere, §. 5. ibiq; Dd. l. h. t. l. 8. §. 7. l. 9. l. 70. §. 2. ff. h. t. sub con-
ditione nimirum ad certum tempus, vel ex certo tempore se ob-
liget, l. stipulatus 6. & ibid. Dd. l. 8. §. 7. vers. item ff. h. t. l. si plures
27. ff. h. t. l. 38. ff. mand. l. si pro eo 10. C. eod. Hinc est quod fidej-
jubens ad certum tempus, & expressè adiciens, se post illud
tempus amplius obligari nolle, elapso illo tempore, non ampli-
us obligetur: Imprimis si Sigillo suo hæc verba adscripsit:
Diese meine Verpflichtung/sol nicht lenger als ein Jahr ihre wiro-
ckung haben/effectus enim fidejussionis, nō extendetur ultra ver-
ba in fidejussionis instrumento expressa, l. si fidejussor C. h. t. Mul-
ler. 1. semestr. c. 17. Geil. 1. obs. 91 n. 22. & 2. obs. 30. n. 11. Mynsing.
6. obs. 53. n. 1. Gabr. conclus. lib. 3. tit. de fidejuss. n. 6. An autem idem
sit dicendum, si creditor terminū solutionis debitori proroga-
verit, ut etiam fidejussor ad certum tempus datus hoc casu ab
obligationis nexu liberetur, anxie Doctores disputant: Speculat.
in tit. de fidejussor. §. 1. vers. illud, Hipp. de Marsil. in rubr. de fidejuss. 15.
col. n. 89 aliq; quamplurimi Dd. putant fidejussorem omninò ab
obligatione liberari, per text. in l. si cum Hermes C. locat. l. item
queritur 13. §. qui impleto ff. eod. l. Labeo 25. §. fin. ff. de recept. qui
arbitr. receperunt, quia tempus limitandæ & finiendæ obligationis
causa adjectum videtur, & quando de damno vel præjudicio
tertij agitur, tunc tempus prorogatum non dicatur idem tem-
pus Fel. in c. de causis n. 3. de offic. & potest. judic. de legat. Tiraquell.
de retroconvent. §. 1. gloss. 7. n. 136. Alexand. autem consil. 72. Dec.
consil. 400. n. 1. & 2. Dd. in constitut. de fidejuss. distinguunt, aut tem-
pus illud limitanda & finienda obligationis causa adjectum fuit,
& fidejussor liberatur, aut solummodò differendæ solutionis
causa

causa adjectum est, & tunc prorogatio termini non liberat fidejussorem Geil. 2. obs. 30. n. 11. Myns. 6. obs. 53. Hartm. tit. 30. obs. 6. num. 4. & seq. Gesl. 1. obs. 91. n. 22. Wurf. tit. 29. obs. 1. Et hæc distinctio quamvis quidem ab omnibus ferè admittatur, Bart. in l. Labeo 25. fin. §. ff. de recept. qui arbit. & c. Alexand. & Angel. in l. si unus §. 1. ff. de pact. Dec. in l. lecta C. de reb. credit. Ias. in l. 1. n. 15. cum seq. C. de judic. Rectius tamen statui putamus, prorogationem termini per creditorem à debitori factam fidejussorem omnino non liberare, sed fidejussorem in firma obligatione permanere, Panormit. in c. constitutus numer. 10. de fidejuss. gloss. fin. in l. si Hermes C. locat. Bal. in l. tam mandatori n. 5. C. de non numerat. pecun. Nam prorogatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus & accessoriis, Innocent. in c. præterea, n. 5. de appellat. Zas in l. lecta, ff. de R. C. n. 35. Gomez. 2. variar. resolut. 21. Capoll. consil. 8. n. 5. Deinde etiam actus operari ultra mentem & intentionem agentium non potest, l. non omni ff. de reb. credit. l. obligationum substantia §. fin. ff. de O. & A. Hippol. de Marsil. de fidejuss. n. 162. eam autem creditoris mentem & intentionem non fuisse præsumitur ut prorogatione termini fidejussorem liberatum esse voluerit: Vide & l. cum tale, §. fin. ff. de condit. & demonstrat. l. ratione, §. eum quidam ff. ad L. Falcid. & hanc etiam tanquam veriore pronuntiat Gabriel. Rom. conclus. 3. n. 1. in fin. Gomez. 2. variar. resolut. 6. n. 21. & fin.

XXIX.

Et tantum de forma fidejussionis, restat ut de fine & effectu despiciamus. Finis autem cum sit ut creditori caveatur, Wesenbec. in parat. hic n. 6. §. fin. l. de replicat. relicta illius meliori investigatione, de effectu videbimus: qui est, ut fidejussor in tantum obligetur, in quantum tempore fidejussionis in obligatione erat, l. 4. in fin. ff. h. t. l. 10. C. eod. §. 4. l. eod. l. 5. in princ. C. de pact. int. emptor l. 8. C. quod cum eo qui in alien. potest. l. 68. ff. h. t. Utrum autem fidejussor ob moram rei principalis etiam ad uluras teneatur difficilimæ est quæstionis, alii planè affirmant per l. quero §. 4. in princip. ff. loc. & l. 2. §. penult. ff. de administrat. rer. ad civitat. pertinent. item l. mora §. 8. ff. de V. O. Ubi deserte traditur moram rei principalis etiam fidejussorem ejus stringere eiq; nocere, Jung. l. 27. §. 1. & l. si postea 10 ff. rem pupill. salvam fore: Alii con-

E 3.

tra



tra expressè negant; *Wesenbec. in parat. h. n. 6. Andr. Kochl. in exer-*
citat. legalib. exercit. 10. n. 21. ex eo quod fidejussio sit stricti ju-
ris, Dec. consil. 107. cum allegat. n. 2. & mora pro delicto habeatur,
gloss. & Accurs. in l. mora ff. solut. matrim. Fel. in c. literis extr. de constit.
Joh. Baptist. Plat. in tract. d. in lit. jur. §. 11. n. 20 jam autem iniquū
foret alterum ex alterius facto & delicto pręgravari, l. si ex duobus
ff. de negot. gest. l. paterfamilias ff. de heredib. instit. & per consequens
fidejussor ex mora rei principalis obligari nequit, dict. textibb.
Alii deniq; medium observare studentes; distinctionem ad de-
rimendam hanc pugnam adhibent, inter quos *Coras. 2. Miscell.*
jur. c. 12. Vult. ad §. fidejussores l. h. t. Covarr. 2. variat. resolut. 18.
Duar ff. de eo quod certo loc. c. 14. Dn. Arum. exercit. 13. th. 16. Ubi
distinguunt inter fidejussorem, qui simpliciter est obligatus, &
fidejussorem, qui ad omnem causam in instrumento sese obli-
gavit priori casu, si fidejussor est acceptus simpliciter, tunc obli-
gatio ejus non augetur ex mora rei principalis: cum namq; ef-
fectus contractus sese referat ad tempus contractę obligatio-
nis, *l. Rutilia Pollo ff. de contrah. empt. non videtur fidejussor, sim-*
pliciter intercedens ad aliud se obligari voluisse, quā quod ipso
intercessionis tempore debitū fuit, per l. per retentionem & l. pigno-
ribus C. de usur. & per consequens mora rei principalis ei non
nocebit, ut ejus obligatio crescat & augeatur, l. libertus, §. fin. ff. ad
municipal. neque est imputandum fidejussori quod reus propter
moram suam commisit, l. fin. ff. de fidejuss. Roman. consil. 407. Poste-
riori verò casu, ubi fidejussor non simpliciter, sed ad omnem
causam intercessit, videtur ejus animum fuisse, ut simul se ad o-
mnia etiam accessoria obligare voluerit, per l. initio C. de pact. ad
usuras nempe, interesse, & quicquid alias ex mora redundare
posset, d. l. initio C. de pact. adde l. fidejussores magistratum, §. 1. ff.
h. t. quę distinctio placet, & a nobis meritò attripitur. Verum
Fulgos. in l. centum capue ff. de eo quod cert. loc. distinctionem hanc
minus juri convenientem asserit, & fidejussionem quę sim-
pliciter fit, cum illa quę in omnem causam adhibetur ean-
dem dicit, ex eo quod indefinita loquutio universali æquipol-
leat, in jure nostro, l. si necessarius §. si annue ff. de pignorat. act. l. si
pluribus ff. de legat. 2. quid ad hoc respondendum & quomodo
regula hæc intelligi debeat, & in quibus terminis valeat, postea
videbimus.

XXX, Quod

Quod autem diximus de mora à reo principali facta, quod hæc regulariter fidejussori non noceat, idem etiam obtinere volumus in delicto à reo principali admissio. Cum etenim rationi & æquitati Naturali prorsus inconueniens sit, delictum alicujus alteri nocere, *l. pupillo §. si plurimum ff. de nov. oper. nuntiat. l. neq; infantes ff. de fideicommiss. libert. l. 9. ff. qua in fraud. credit. l. procurator 11. ff. de dol. mal. & met. except. l. 4 ff. de rabb. exhibend. semperque cavendum, ne respectu nocentis innocens puniatur, l. ult. in fin. C. de his qui latron. occulror. l. cum ratio in princ. ff. de bon. damnator. receptum & jure cautum est, quod delictum debitoris fidejussoream obligationem nullo modo augere possit aut debeat, *Wesembec. in parat. b. t. n. 6. text elegans in l. 2. C. ad SCtum Turpyll.* Quod tamen nonnulli juris Interpp. adeo absolute & simpliciter non concedunt, sed distinguendum esse putant, inter delictum debitoris, & damnum à debitore datum; nam etsi fidejussores ad id quod ex delicto debitoris oritur non teneantur, propter damnum tamen à debitore datum, illos nonnunquam onerari & obligari volunt, per ea, quæ tradit *l. quoties §. sed etsi filius l. libertus §. fin. ff. ad municip. l. 1. in princip ff. de magistrat. conveniend. l. 3 §. fin ff. de pecul.* qua ratione fidejussor pro conductione domus, non tantum intercedere intelligitur pro pensione domus, sed etiam pro supellectile fracta, aut consumpta, vel alias rebus illis, quæ ad usum ædium spectant, deterioratis: ut sunt, fenestræ, parietes, fornaces, & id genus alia. Quod etiam extenditur ad fidejussorem, qui pro colono intercessit, *ex l. amissi 52. §. fidejussores ff. de fidejuss.* Ubi fidejussores à colonis dati, etiam ob pecuniam dotis prædiorum tenentur, ubi nomine dotis authore *alcia. lib. 2. prætermis. ex l. 2 §. 1. l. Seja 20. §. prædia ut instincta. ff. de fund. instrument. instruct. legat. veniunt stramina, gramina, boves arantes, ligores, aratri, & alia instrumenta, quæ fundo in servire dicuntur: d. l. 2. §. 1. d. l. Seja 20. l. Instrumento 8. per tot. ff. d. t. l. si addis, 19 §. illud nobis ff. loc. Varr. lib. 4. de re vasti* horum si colonus quædam fregerit, alienaverit aut alio modo deterioraverit, non tantum ille colonus nempe, ad renovanda & restituenda est obligatus, verum etiam fidejussorem, si quis intercesserit, obligatum relinquit, *d. l. amissi 52. §. fidejussores. b. t.**

Qui

Qui etiam fidejussor, hoc aut alio modo obligatus, non tantum se, verum etiam heredem suum obstrictum & devinctum relinquit, §. 2. l. b. t. l. 4. in fin ff. b. t. l. 5. eod. l. 24. C. eod. l. 13. C. de contrah. stipulat. l. 8. ff. mand. ut si forsan ille decedat durante obligatione. heres in jus ejus succedat, & illud, quod alias ipsi, præstandum foret, præstet: nõ n. ex persona Heredum conditio obligationis immutatur, l. 2. §. ex his igitur 2. ff. de V. O. l. cui fundus ff. de condit. & demonstrat. l. præterea, §. incertam. ff. de prætor. stipulat. quæ est ut si non à reo principali, à fidejussore tamen ejus debitum præstetur, aut hoc deficiente, ab ejus heredibus, qui in totum jus, quod defunctus habuit, succedunt; dictu textib. Verum cum maximè in talibus fidejussoreis obligationibus, quid in instrumento super fidejussionem erecto expressum sit, consideretur: queritur, quid si in instrumento non expressè scriptum sit, heredem etiam obligari debere, an nihilominus obligetur, & est communis Dd. conclusio, nihil referre, utrum in instrumento facta fuerit mentio heredis, nec ne d. l. 13. Accurs. etiam super §. 2. l. de fidejuss. Panormitan. in c. fin in 1. notat. de arbitr. sentit. omnem contractum præsertim hunc ita celebratum intelligi, ut heredes simul includantur, etiam si illorum mentio non sit facta, quibus accedit Imol. in l. 1. col. 3. ff. de his quæ in testam. del. Hartm. Hartm. lib. 2. pract. obs. tit. 29. obs. 1. Aliud tamen est, si consuetudine obtineat, ne fidejussorea obligatio ad heredes transeat, vide Modestin. Pistor 2. vol. consil. 1. n. 46. & seqq. ut in regno Bohemiæ, aliisque locis Treutl. 2. disp. 28. th. 5. lit. B.

XXXI.

Et sic; obtinente jure regulari, Heredibusq; manentibus obligatis, ipsi heredes, aut superstiti ipso adhuc fidejussore, fidejussor, adveniente tandem solutionis termino, etiam ante principalem conveniri potest, liberumq; est creditori vel ipsum debendi reum, vel fidejussorem relicto principali reo ad solutionem compellere, l. 2. l. jure nostro 5. l. liberum 16. l. sicut eligendi 21. l. reos 23. C. de fidejuss. idq; jure veteri: Donell. in l. 2. 3. 5. C. d. t. §. omnes l. de V. O. Hodiè namq; jure novissimo constitutum est, ne fidejussores ante reum principalem conveniantur, aut si quidem conveniantur, ipsi tamen de jure competat beneficium excus-

excussionis, quo certum est, ne fidejussores prius conveniantur
quàm ipse reus sit conventus & excussus. *Nov. 4. n. 1. Auth. præsente
C. de fidejuss. Curr. à conject. 33. Auth. si debitor. C. de pignorib. & Hy-
poth. idq; ob summam æquitatis rationem, ne forsan fidejussor
qui gratis intercessit, prius hæc actionis molestias, quam ipse
reus principalis persentiscere cogatur, sicq; officium suum &
benevolentia, debitori exhibita, ipsi damnosa existat. Ut autem
fidejussori hoc excussionis beneficium prolat, necesse est, ut ju-
sto & legitimo tempore hoc sibi competens beneficium alle-
get, aut exceptionem hanc opponat. Quodnam autem illud
tempus sit, nondum inter Dd. est conventum, gloss. ad l. 3. ff. de ex-
cept. *Sichard. in Auth. præsente C. de fidejuss. n. 8. & 9.* putat hanc ex-
ceptionem esse anomolam, ideoq; vel ante vel post litem con-
testatam opponi posse. *Wesenb. Schneidw. ad §. si plures l. h. t. Guid.
Pap. decis. 94. Boe. decis. 121. n. 26. Cyn. Bald. Salic. & alij in Auth.
præsente, C. d. t. Tholos. decis. 81. & 166. Geil. 2. obs. 27. n. 2.* hanc
exceptionem in effectu dilatoriam esse contendunt, quare an-
te litem demum contestatam opponi possit, arg. l. 2. §. fin. ff. de
de ff. except. l. Pomponius 40. §. 3. ff. de procurat. l. exceptionem C. de
probat. unde si fidejussor, priusquam principalis conventus eam
non obijciat, sed taceat, litemq; contestetur, postea eam oppo-
nendo nō auditur, sed solvere compellitur: præsertim cum ipso
jure conveniri poterat, l. jure nostro C. de fidejuss. sibi enim imputa-
re debet, quod beneficium sibi competens justo tempore alle-
gare neglexerit, *Wesenb. in parat. h. t. n. 6. Gometz. variar. resolut.
2. c. 13. n. 14. vers. tertio limita.* Licet etiam non desint, qui intui-
tu æquitatis statuunt, eam quocunq; tempore usq; ad conclu-
sionem posse opponi, *Geil. 2. obs. 27. n. 2. Ias. in §. item si quis in
fraudem n. 18. l. de act. Calcan. cons. 19. n. 18.* Et quamvis quidem
meritò in omnibus magis æquitatis quàm stricti juris rationem
habere debeamus, l. 3. C. de judic. non tamen hoc casu ab illo-
rum sententia qui eam dilatoriam dicunt, & tantum ante litem
contestationem opponi posse, propter juris text. & rationes re-
cedere, nec post litem contestationem beneficium hoc excussio-
nis admitti; iniquum ducimus.*

XXXII.

Ut & si quis jurato promisit, se velle omnia in in-

F

stru-

Instrumento contenta observare, nec quicquam contra facere, quo casu etiam hoc beneficium excussionum cessat, & juramentum in effectu tantum operabitur, quantum alias renuntiatio specialis. *Treutl. 2. disp. 28. th. 5. lit. C. Franc. de fidejuss. c. 5. n. 362.* à quo tamen *Comm. Dd. dissent.* putantes juramentum hoc modo talem vim & efficaciam non habere, ut fidejussori beneficium adimat propter rationem, quod juramentum sequatur naturam actus cui adiicitur, *l. fin. ff. de liber. causa l. fin. C. de non numeri pecun. l. 1. §. 4. ff. de jurejur. c. accessorium de R. l. in 6. c. quemadmodum de jurejur.* at natura, hujus actus seu obligationis fidejussoriae hæc est, ut fidejussor non possit conveniri ante reum principalem, *d. Auth. presente C. fidejuss. Covarr. 2. relict. ad c. quamvis p. 1. §. 4. de pact. 1. n. 6. Alciat. n. 173. de jurejur. Gometz. 2. variar. resol. 13. n. 14. vers. 6.* quod verum est, si theoreticam veritatem introspicimus, falsum si conscientiae securitatem. *Treutler. 2. disp. 28. th. 5. lit. C. Geil. 2. obs. 27. n. 23. ibiq; ab eo citari, vide omnino Muller. lib. 1. semestr. c. 16. Gabriel. lib. 3. concl. 1. n. 43. Thesaur. decis. 53. §. 166. n. 57. Mynsing. 2. obs. 25.* Ulterius & beneficium hoc excussionis non admittitur, si aliquis se constituat tanquam principalem debitorem, als einen selbst Schuldener / *arg. l. si quando ff. de legat. 1. l. si stipulatus ff. de usur. Azo. in summ. C. de fidejuss. Hippol. de Marsil. n. 62. Wesenbec. consil. 10. num. 19. & seq. quod tamen Guib. Pap. decis. 57. num. 6. Gabriel. lib. 3. conclus. de fidejuss. ampliat. 18. Schneidw. ad S. si plures l. de fidejuss. n. 11. & seq.* minime rationi & juri conveniens videtur, quare ipsi nihilominus beneficium *de sep. Auth.* competere dicunt, quamvis sese ut principalem constituerit, verum cum hæc opinio sit contra jus & rationem, merito rejicitur, nam alias constitutum esset nullius momenti, & verba nihil operarentur, cum tamen in contractibus nullum verbum debeat esse otiosum & sine virtute operandi: *text. in l. si stipulatus ff. de usur. text. in d. l. si quando ff. de legat. 1. ibiq; Dd. Hippol. Marsil. d. loc. Dn. Ernest. Cothm. Resp. 22.* ubi in calce subjicit Academiam Rostochiensem in hoc casu etiam secundum priorem sententiam respondisse de Anno 95. 5. Decembr. & beneficium fidejussori excussionis denegasse.

XXXIII.

Obstantibus ergo sic hisce & aliis rationibus, quæ à Valen-

3186

in Franc. de fidejuss. c. 5. memb. 7. enumerantur, quo minus be-
neficium hoc excussionis opponi possit, jure veteri cautum fuit,
ut si plures essent fidejussores, omnes in solidum tenerentur, l. 3.
l. 23. C. h. t. §. si plures 4. ibiq; Wesenb. & Mynsing. h. t. liberumq;
esset creditori, unum an plures ex fidejussoribus eligere & ab il-
lis solidum petere d. §. 4. & l. 3. C. h. t. Verum Div. Hadr. sin-
gulari æquitate & commiseratione erga fidejussores inductus,
beneficium illis concessit, quod divisionis, dicitur: quo cave-
tur, ut pluribus fidejussoribus obligatis, creditor actionem
dividere cogatur, atq; a singulis tantum virilem portionem pe-
tere, §. si plures l. h. t. l. inter fidejussores 26. l. si plures §. fin. ff. de fi-
dejuss. l. si contendit. ff. eod. l. fidejussor 10. l. reos C. eod. l. 1. §. nunc
tractemus ff. de tutel. & rat. distrab. Hippol. de Marsil. ad rubric. de fi-
dejuss. n. 27. & seqq. Gometz, d. sep. loc. n. 15. & merito; æqualitas
enim inter æqualiter obligatos observari convenit, l. fin. ff. reus
pupill. solv. for. modò etiam omnes sint solvendo, dict. ant. l. nam
si nonnulli solvendo non sint, tunc cæteri gravantur, adeò ut si
omnes solvendo esse desinant, uno tantum superstite, hic solus
debitum totum præstare cogatur, Quod tamen & jam cum mi-
ca falis intelligendum, si enim quis tempore litis contestatæ sol-
vendo esse desinat, tunc confidejssoribus illud nocet, si verò
post litem contestatam fortunæ ludibrio aliquis fidejssorum
bonis labatur, non confidejssoribus, sed creditori imputatur:
d. §. si plures, vers. qui modo solvendo & c. eoq; sensu accipiendam
esse l. 26. ff. h. t. vers. ante ex actu per l. inter eos §. si plures. Sed po-
sito jam, quod reliqui confidejssores omnes sint solvendo, &
aliquando eveniat, ut creditor unum ex fidejssoribus conve-
niat, eumq; ad solvendū compellat, is autem ommissa exceptione
divisionis, totum debitum solvat, quæritur quid juris, ane hic
illud quod ultra virilem portionem solvit, tanquam indebitum
à creditore repetere possit? de quo parum dubitatum fuit inter
interpretes; nonnulli moti autoritate l. qui exceptionem ff. de con-
dict. indeb. ubi Ictus ait, eum qui tutus est exceptione perpetua &
favorabili, qualis hæc est repetitione habere, putat omninò con-
ditionem fidejssori concedi. Alii prorsus ipsi repetitione de-
negant, ex eo, ne ex sua negligentia & oblivione lucrum sen-
tiant, l. si fidejssor, l. si testamento in princip. ff. de fidejuss. gloss. in §.
ibom

si plures verb. partes d. sep. tit. tum etiam, quod repetitio nulla sit ab eo, qui suum recipit, tamen si ab alio quam verò debitore fuerit solutum, l. pœna §. 1. l. repetitio ff. de condict. indeb. l. si quis delegaverit ff. de Novat. quam posteriorem retinemus; exceptio namq; hæc divisionis cum respicit tantum modum exigendi, non ipsam obligationem indebiti repetitio cessat, Vide Bart. in l. si ex testamento §. 1. vers. qui si duo n. 2. & seq. ff. de duob. jus.

XXXIV.

Quod ipsum etiam in confidejssoribus obrinet, si enim unus fidejssorum ommissa divisionis exceptione debitum totū solvat, non etiam habet regressum ex rescripto Divi Alexandr. in l. 11. C. de fidejss. ad confidejssores reliquos, quo repetere ab illis posset, quod ultra suam virilem solvit. Quo autem nimio rigore juris, commotus Div. Hadrian. tandem, ne omnino damnosa essent fidejssoribus sua officia, illorumq; saluti consuleretur, constituit, ut beneficio cedendarum actionum, fidejssores conventi non statim solidum solvant, sed prius sibi actiones in debitorem & reliquos fidejssores cedi, petant, l. 2. l. cum alter 11. C. h. r. l. fidejssor. 17. l. 36. l. ut fidejssor 39. ubi Bart ff. eod. Gomez. d. sep. loc. num. 15. in fin. Hippol. de Marsil. ad rubr. de fidejss. n. 20. quo facto, si creditor adeo iniquus appareat, & fidejssori cedere nolit actiones in debitorem principalem & reliquos confidejssores, tunc fidejssor conventus, ultra virilem portionem solvere non compellitur, opposita doli exceptione, l. 11. C. h. r. l. 17. ibiq; Gothofr. ff. de solut. Actionibus a. cessis utiq; solidū prestare cogitur, & conceditur ipsi rursus actio mandati cōtra debitore & reliquos confidejssores, quo id quod ultra virilem solvit repetere possit, vel negotiorum gestorum, si pro absente vel ignorante solvit l. 70 ff. h. t. l. 20. §. fin. ff. mand. l. fin. C. negotio. gesto. Debet autem hæc ipsa exceptio notante Bart. in l. Modestin. ff. de solut. n. 6. Menoch. in tract. de præsumpt. 45. n. 26. opponi ante solutionem, si post, nihil operabitur, Bart. d. l. Menoch. de præsumpt. d. loc.

XXXV.

Et tantum dixisse sufficiat de modo constituendi obligationem fidejssorem, restat ut nunc de dissolvendi ratione despiciamus, Varii autem hinc inde ab interpretib. enumerantur modi

modi, quibus hic contractus fidejussoreus tollatur; ut sunt Novatio, *l. novationem C. h. t.* si hoc nimirum expresse fuerit actum; alias namq; nec ope exceptionis novatio facta intelligitur) *l. fin. C. de Novat. Geil. 2. obs. 29. n. 7.* Præscriptio, *l. 5. C. de constit. pecun. l. 3. l. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* ubi etiam videt, an utraq; obligatio eodem tempore fuerit producta nec non, si eodem tempore, valebit; si verò fidejussor ex post facto accesserit, & sic interruptio fiat, minimè: *l. 7. §. 5. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Gometz. 2. variar. resolut. 13. & 20.* Sententia definitiva, *Wesenbet. hic n. fin. l. 56. ff. de rejudic. l. 8. §. 3. h. t.* De illo tamen nonnunquam dubitari audies, an etiam fidejussorea obligatio tollatur, si fidejussor heres debitori existat? *Cujac. 13. obs. 11.* obligationem fidejussoream omninò non extinguì sed firmam validamq; permanere asserit, per *l. actio ff. de negot. gest. & l. quamvis §. si mulier ff. ad Scrum Vellej.* Verùm *Anton. Fab. I. conject. 5. Donell. ad L. 24. C. h. t. Gometz. 2. variar. resolut. c. 13. num. 19. vers. quintò successione* contrarium statuunt, successione nimirum hac, fidejussoream hanc perimi & interire, per *l. generaliter §. l. cum reus 14. ff. de fidejuss. l. Stichum 90 §. quod vulgo 3 ff. de solut. & rectè, nam si principalem perimi vellemus utiq; etiam fidejussorea, tanquam accessoria periret, *l. in omnibus speciebus ff. de solut. idq; summa creditoris injuria & damno, quare ne hoc fiat, cautum est, unam tantum, accessoream, nempe, successione corrumpere, manente principali: dict. textib.* quod tamen intellige, si utraque actio tam principalis quam accessorea sit valida & firma, nam si principalis obligatio est invalida & inefficax, vel ratione personæ, vel ob aliam causam, tunc manet obligatio fidejussorea, nec actiones confunduntur, per *l. heres à debitore. §. quod si hic. ff. de fidejuss.**

XXXVI

Optimus deniq; fidejussoreum nexum tollendi modus est Solutio: quæ est naturalis ab obligatione liberatio, *l. fin. C. ad exhibit. l. solitam 49. ff. de solut. l. consilio ff. de curatorib. furios.* Hanc quam adhibeat non refert, sive ipse reus, seu principalis, an fidejussor. Si reus, non solum se, sed etiam fidejussorem liberat: sublato namq; principali, cessat & ipsum accessorium, *l. cum principali ff. de R. I.* Ubi quærere lubet, de fundo in solutum dato

qui postea tamen evincatur an hoc casu ut reus principalis sic
etiam fidejussor semel facta solutione liberetur? & receptum
est, ipso jure creditorem adhuc contra fidejussorem agere posse,
quo in locum fundi evicti aestimatio creditori praestetur, *arg. l.*
26. & 27. ff. de solut. l. 21. ff. de jur. fisco. ex mente enim & inter-
pretatione partium, vel legis dispositione fidejussorea obliga-
tio, quamvis principalis solvat, suspensa videtur, non planè sub-
lata, nisi in casu, ubi illud quod in solutum datum est, accipientis
seu creditoris fieri & manere possit, quod in fundo evicto non
contingit; quare etiam hoc casu non planè fidejussoris obliga-
tionem interiisse dici potest, sed illud adhuc, quo ad creditorem satis-
fiat obligatum manere, *Gometz, d. sup. loc. n. 29. vide l. Titius ff. de*
jur. fisco. text. in l. si creditor ff. de solut. Solvente autem tandem fide-
jussore obligato jus nostrum remedium rursus excogitavit,
qui suum à debitore consequi possit, actionem nempe manda-
ti, qua à debitore ejusque heredibus interesse & omnia quae sol-
vit repetere potest, *text. in l. hereditar ff. de reb. auth. judic. possid. l.*
ex mandato ff. mandat. l. 4. in princip. ff. de fidejuss. *Zanger in tract. de*
except. part. 3. c. fin. idque hac ratione ne officium fidejussionis
ipsi damnosum existat, *l. 7. ff. quemadm. testam. aperiantur l. 5. §.*
quod vero ff. de furt. l. 1. §. 2. ff. ad SCtum Trebell. Priusquam autem
hanc actionem fidejussor intendere possit, requiritur ut non si-
mulatè & fictè sed actualiter & verè pecuniam solverit *l. 6. l. si*
pro eo C. mand. l. 1. verb. si pecuniam solverit C. de fidejuss. minor. c.
provenit ibi pecuniam & c. extr. de fidejuss. Socin. reg. 192. eamque solu-
tionem probat *Hering. de fidejuss. c. 25. Valent. Franc. de fidejuss. n.*
527. & seqq. sicque omnia quae ipsi debentur, consequatur, *dict.*
textib.

Et hac proratione ingenij,

Moniti meliora sequemur.

Deo soli gloria.

OS (!) SO

Ad



Ad Humanissimum & Doctissimum

Dn. NICOLAUM BE-

SELIN SS. LL. Studiosum, & com-
mentalem suum charissimum.



*Actua, quæ tua sunt, & cepto tramite perge;
Sic aderit, voveo meriti tibi nomen honoris,
Quo genus, & patriam, ceu stirpes membra nepotes
Nobilitare tuos potis es, simul addere calcar,
Præmiâq; ut satagant eadem sectarier omnes.*

Dominicus Arumæus D. P. P.



Amico suo haud uni è multis

Dn. NICOLAO BESELIN Rostochiensis,

de fidejussorum jure publicè fixitis feriis, natalitii

Christi disputanti Jena.

Virtus se vero laudum fulgore coronat,
fucatumq; suum non sinit esse decus;

Sola sibi justè meritos adsciscit honores,
alterius minimè laudis honore tumet.

Tu **NICLAE** decus Charitum Phœbiq; propago;
Confovet in gremio quem Themis ipsa suo,

Conscius ipse tibi rectè virtutis ad arcem,
Contendis proprio Marte, vel arte tua,

Ritè probas Te, perscrutans ænigmata juris
Ut proprii studii vivere laude queas.

Auguror huic studio felicius omen inesse,
Es cui sic deditus dum novus annus adit;

Cujus principium, medium quoq; sit tibi felix
Comprecor, & felix totus hic annus eat.

Valentinus Melasius Brandenburg Marchicus J. U. D.

Præ



Præstantissimo & Politissimo

Dn. NICOLAO BE-
SELIN Rostoch, J. U. C. de fidejussoribus
& Scto Vellejano publicè differenti, amico &
commensali suo colendo.

STrenuus es miles legum, Mavortis alumnus
NICLAE, Aonii gemma polita throni.
Arma ciere tibi legum certamina cordi est
Et renovare acies unica cura tibi,
Nulla pericla times, sacrarum es fortis Achylles
Intrepidè, legum, mille pericla subis.
Codicis auxilio pergendo pergito in hostem,
Clarus namque feret HILLIGER auxilium.
Hinc tibi surget honos, rediment tua tempora Myrtho
Musæ Thespiades, hinc tibi surget honos.

L. M. g. ponebat

Rupertus Ianus Buxtehuda Saxo.

F I N I S.



ULB Halle
005 132 614

3



W 17







B.I.G.

Farbkarte #13

TIO 1618,7

8

AMFI-
NIS, UBI
USCON-
JANO.

ivina^A

Primo Viro;

O HILLI-

P. P. nec non Curia^e
s Adfessore dignis-
tore suo

proponit

Rostochiensis
& R.

destinato.

E I N M A N N I.

VIII.

